

*Handwritten text, possibly a date or reference number, including "29. 1711."*



1. Gabrielis Schwederi de Matrimonio ad Morganaticum.
2. Joh. Barth. Heroldi de Fato Matrimonii.
3. Henr. Bodini de fallacibz iudiciis Magia.
4. Pet. Mülleri de Hierologia s. Benedictione Sacerdotali.
5. Adriani Beieri de Sigello Confessionis.
6. Crist. Woldvogeli de Obligationibz q. sunt in ecclesia & saecula fornicati.
7. Petri Mülleri de Natio Confessionario.
8. Crist. Woldvogeli de Filio Electoris.
9. Eisdem de Puccinatoribz eorumq. fure.
10. Crist. Thomasi iudicia distinctionis inter ruregia et Spania.
11. Crist. Woldvogeli de Unione Electorali.
12. Eisdem de Scanno Comitum hanovero.
13. Nic. Christoph. Gaueri de Edicmate Imperiali.
14. Eisdem de Redintegratione Curatoris S. R. A.
15. Dr. Georg. von Malleboroughs & Spoffing in Regis. S. R. A. Mand.
16. Henrici Coccei de Praeceptis.
17. Joh. Gysav. Silberat. de sculpibz vulgo non Müllern.
18. Henr. Wildbrandi de diversitate lapidum ferulium eorumq. fure.
19. Joh. Klingeri de Doffe.
20. Erhardi Spitzii de Stigmatibus.
21. Joh. Georgii Fickperei de Aemeratione us. S. R. A. etc.
22. Henrici Kluerchmüßers de iudiciis s. R. A. etc. obina s. R. A. etc.
23. Eisdem Commentaria de fure d. r. o. n. a. s. u. e. l. i. b. i. s. p. u. s. a. d. c. o. e. l. i. u. m. q. d. o. f. f. i. c. a. r. e. l. i. a. t.
24. Joh. Brunnmanni de Tartanariis.
25. Hermannii Follii de Promissionibz generosa fide vallatis.
26. Henr. Coccei de instrumentis mulli proclipuis clausulis in bruch.
27. Joh. Christoph. Hartungii de Scultetis Henr. burgis et scultetis s. R. A.
28. Georgii Wolfgangi Medeli de Spectris.
29. Eisdem de Torculo.
30. Henrici Linckens de iure Venetorum.

39. De injuriis q̄ claud raro novis naptis per passionem diffe.  
 Forum culmorum fragum etc.
37. Gabrielis Prode Canonis Dist.
37. Joh: Mich: Honig de Officio mariti erga sua uxorem.
34. Joh: Philippi Strahli de Commercio Romano sine veris  
 contractibz.
35. Just: Henrici Böhmeri de Examine temporatis  
 Marina
36. Joh: Bern: Träsch de Jure Fonticu.
37. Joh: Petr: Ludewig de Jure Postum hereditario.
38. Ejsdem Jura valetudinaru Militu Encicloru.
39. Jac: Frid: Ludovici de facto tutoru Apupillis non  
 profando.
40. Sam: Strypu de Jure Conperationis Depositi et mandati.
41. Crist: Melchropli de Jure Embryoniu.
42. Mercuri Cocci de Commissionibz ubi de Mercibz contra  
 bando.
43. Jac: Frid: Ludovici Problema Juridicu in et  
 quatenus affecto humani in foro considerent.
44. Sam: Strypu de Diverso Colonaru Jure.

37

Q. D. B. V.

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS;

DE IVRE  
POSTARVM  
HEREDITARIO,

Vom Recht des  
General-Erb-Erbsamts/

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDER. WILHELMO,

REGNI PORVSSIAE PLVRIMQVE  
EVROPAE PROVINCIARVM HEREDE,

PRAESIDE

DN. IOHANNE PETRO Ludwig/

I. V. D. Potentiss. Poruss. Regis Consiliaria & Historiographo,  
Prof. Publ. & in Duc. Magdeb. Archivario,

PATRONO AC PRAECEPTORE  
AETATEM COLENDO,

DISSERET IN PVBLICVM

IACOBVS CHRISTIANVS Schönbeck/

Potsdamienfis Marchicus,

H. L. Q. S.

D. XIX. MENS. IAN. clo lccciv.

HALAE, TYPIS CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, ACAD. IVP.

D. D. N. N. D. D. N. N. D. D. N. N. D. D. N. N.

DE IURE

POSTARVM  
HEREDITARIO.

DR. THEOL. PETRO GUNDELINGI  
RECTORI MAGNIFICENTISSIMO

DR. FRIDER. WILHELMO  
PREFECTO UNIVERSITATIS  
PRAESIDI

DR. IOHANNI PETRO GUNDELINGI  
L. V. D. POTENTI FORN. REG. CONSULTATO I. IUSTORUM  
PROF. PUBL. & M. DAC. MAGDAB. ARCHIDIACO

DR. IOHANNI PETRO GUNDELINGI  
POTESTATIS M. ARCHIDIACO

DR. X. M. M. M. M. M. M. M. M. M. M. M. M.

KALAE, THIRI CHRISTOPH. ANDREAE. MILLERII. ADQ. IVI.





S. I.



**T**enuit iam olim hanc consuetudinem Germania, ut *mynera* potioris momenti non uolubili & uagae forti exponeret &, quod huic familiae nunc obuenerat, id mox in aliam iterum, dubio & anticipiti deferret casu euentuque: sed *decora gentilitia* daret, quae in eadem domo, sine ullo conversionis metu, florescerent & perennarent. Mireris id in gente, quae ab *hereditariis* regibus omni casu ac nullis non rerum, ac temporum periodis ita abhorruit, ut, quoties etiam in partes iuerat, in hoc ramen puncto unanimitate quadam conspiraret. Intellexerunt hoc ipsi quoque Caesares Germanici. Neque enim ullum eorum, si unicum *Henricum*, eius nominis VI, exceperis (a)

Solenne est  
in S. R. I.  
munera iure  
hereditario  
deferri.

A in

(a) De hoc enim IOANNES MONACHVS apud auctorem Chronici magni Belgici ita loquitur: imperator Henricus VI uidens regnum Almanniae & imperium Romanum propter frequentes mutationes imperatorum multa mala perpeffum, priusquam uota principum in persona imperatoris possent conuenire, ordinauit; VT AMPLIUS ELECTIO NON FIERET; sed per solam SANGVINIS successiõnem imperium conferretur, ita ut HEREDITARIE IMPERATOR FIERET. Idem fere GOBELLIVS PERSONA: Henricus VI concordauit cum principibus regni, quod liberi post eum HEREDITARIO iure regnum obtinerent. Sed contradicium est a principibus Saxoniae. Confirmat historiam codice MSC. Henricus MEIBOMIVS in Apologia pro Ottone IV. p. 115.

in uniuersa rerum Germanicarum historia offendere ac reperire licet, qui animum uel spe ulla uel consiliis prodiderit iuris *hereditarii*, regali familiae inferendi. Ut adeo nostratibus omnino gloriari fas sit, electiuis regnis ubique terrarum euersis, solum fere Germanicum, post ingentia rerum, temporum, ac casum interna, etiam nunc integris ac nulla uetustate corruptis fulcris persistere.

Exemplis id docentur.

Vicariatuum.

Sabaudi &

Porusiae Regis.

Der Reichs-Fendrich.

Des Reichs-Ober-Hof-meister. Trompeter und Kesselflicker Schutzherrn.

§. II. Nihil autem hoc obsuit institutis ueterum Germanorum, quin *munerum*, Caesari Imperioque praestandorum dignitates ipsi perpetuas atque *hereditarias* esse uellent. Quod plurium generum exempla nobis ostendunt, alia forte occasione e uetustis historiarum monumentis plenius eruenda (b). Per epitomen nunc iuse & pleraque indice tantum digito attigisse, nostro argumento sufficit. Sic, praeter ordinarios in Germanico imperio VICARIOS, Saxonem & Palatinum, in Italia eandem prouinciam habet dux *SABAVDIAE*, in *Arelatense* autem regno princeps *ARAVSIONENSIS*, quam VICARIATVS dignitatem, cum Auriaco principatu ad potentissimum Porusiae regem, omni iure, deuolutam esse, a libi (c) iam scripsimus. De hereditario VEXILLIFERI munere quondam inuicem contendere potuerunt *Saxoniae* elector & dux *Wurtembergicus*. *Supremi AVLAE MAGISTRI* (*Erz-Hofmeister des Reichs*) honore Lotharingiae duces polluerunt, cum illi imperio adhuc clientela i obsequio essent addicti. Tutela *TVBICINVM SAXONI* electori commendata Patrocinium hominum VAGABUNDORVM (*Der Kesselflicker/Welschen/un̄ anderer fahrender*

[b] In dissertatione de OFFICIALIBVS IMPERII praeter illos, quos deseripit VVagensellius. Cuius opera inter munera principum electorum eorumque, qui his subofficiales sunt, substat.

[c] Arausio adscrita n. IX. p. 9.



Der Handwerker und Heckenfrämer /) & Palatino & Brandenburgico electoribus commissum. Suprema IVDAEO. Iuden. Richter.  
 RVM praefectura adhaesuit archiepiscopatu Moguntino.  
 PISCATORES S. R. Imperii se etiam nunc dicunt Comites Fischherrn des Reichs-Reichs-lägermeister. Reichs-Bau-meister.  
*Wernigrodani*. VENATORES Imperii plures audiunt *Carintbiae, Pomeraniae, Misniae & Württembergici* principes. ARCHITECTORVM Imperii titulos Oldenburgenses Comites habuisse, reperio. Dominis de *Ples* cura remedium contra INCENDIA urbium, ac pagorum delata esse, dicitur. *Tburingiae* Landgrauii Spar-tam ADVOCATIAE habuerunt in S. R. I. VTRICVLARIIS patroni a Caesare dati dynastae *Rapollsteinenses*. Reichs-Procuratoren. Sackpfeifer-Patron. Reichsthür-hüter.  
 PORTARVM custodiae in solennibus Caesarum, ac ordinum conuentibus etiam nunc nobilis *Werderiorum* familia praefecta est. Et plura sorte sunt hereditaria imperii munera generis eiusdem, quae mihi nondum, in historiarum tractatione obuenerunt. Atque haec omnia non eum in finem adduco, ut honores infra dignitatem imperii cauillatoribus prostituam: sed ut morem firmem exemplis *hereditariorum* munerum in Germania.

§. III. Neque uero id sine ratione factum esse, arbitror a maioribus nostris: ut potius causae fati manifestae sint, quae hoc institutum illis commendasse uidentur. *Principio* enim plurium munerum ea natura est, ut, non nisi *longo* rerum usu edocti, ea feliciter sustineant. Peropportune igitur fit, si parentes filios suos ad hanc spem educant, & mox a primis pueritiae annis rerum gerendarum notitia instruant, imo, quod maximum est, arcanorum etiam reddant participes, ut per occultas uias iter dirigant, cum nouitii peregrinatores sapius in denia desleant &, si bene agitur, non nisi per longas &

Causae munerum hereditariorum.

a) ut ad ea filii educi queant.

b) maiora cura ea administrarent.

c) praeclearum merentium extet memoria.

Adplicatio dictorum ad hereditaria munera POSTARVM.

Quae longorū rerum vsus uolunt.

inutiles ambages pensum suum emetiantur. *Deinde* non eam fidem, industriam, solertiamque probabit, qui munus, se mortuo, in aliam familiam delatum iri credit, ut adeo factae sementis messem hominibus peregrinis relinquere uideatur. Contra autem ea boni cuiusuis parentis indoles est, ut arbores serat, liberis profuturas. *Tandem* etiam aequitas quodammodo uult, ut, qui praeclearum de republica merentur, eorum memoria seculis etiam uenturis conseruetur, & in posteris quoque praemia extant, ingenti ad idem faciendum apud illos, qui uiuunt, incitamento.

§. IV. Quodsi eodem nunc iudicio momentoque *postarum* munera aestimentur, facile intelligetur, nullam causam, ex hactenus enumeratis, defore, quae *hereditaria iura* principibus in hoc negotio non commendare uideatur. Principio enim *suprema postarum praefectura* in arduo ac difficili labore posita est, ut uirum requirat, uiarum, angiportuum, itinerum cum in propria, tum in uicinis & longe disitis regionibus uersatissimum, summam egregium atque doctissimum peregrinatorem. In Germania nostra inprimis, ubi tot principes *postas* alunt & quadam aemulatione sibi inuicem obtrectant, ut adeo literarum rerum ac hominum transuersiones facile in alia itinera flectant atque eo migrent, ubi cursus uelocior & expeditior est, & minoribus impensis conficitur. Secus in regionibus, ubi *postae* imperio unius parent. Hic enim omnis metus cessat, fore, ut lucrum, quod meae nunc ditiones e cursu publico capiunt, his alius praeripiant. Annonae praeterea curam habeat praefectus *postarum*. Sed neque hanc, nisi longo rerum usu acquirat, scilicet moribus ac industriis incolarum, natura ac foecunditate regionum commerciisque cogitit, quarum rerum

rerum notitia plures sane annos uult, quam cui unius hominis aetas sufficere uideatur. Multum igitur refert, si una familia suos in hoc genere a primis incunabulis doctrina praesidiisque instruere, ac communire possit, ut pueri negotiis adsuefiant, quae uiri deinceps tractaturi sunt. Dum haec scribo, in mente obuersantur Wartenbergici Comites. Hos enim, cum nuper Berolini essem, *cursoris tubulis* accinctos, non sine animi quadam laetitia, conspexi, quamuis illi ex ephebis nondum excessissent. Ita enim haud dubie magno parenti uisum est: ut renella filiolorum aetas, natura quasi duce, ad ea officia flecteretur, ad quae ipsa natalium sorte, *argumento l. 5. C. de fabricensibus* Potentissimus Porusorum rex eos destinauisset. Quod si uero *celerum* Praefecto omnia haec cognita etiam sint perspectaque: multa deinde *solertia industriae* opus est, si haec in commoda & *incrementa* uertere uelit iuris *postarum*. Atque hoc est, quod hereditaria iterum munera suadere & commendare uidetur. Non enim sumtibus parcat; non operis; non fortunis ullis, ut provinciae demandatae limites proferat, quam quis nouit familiae aut posteris suis perpetuo iure a principe relictum iri. Et, nisi prorsus fallor, quocumque demum in loco cursus publici prudenti institutione, expedita cura, legibus conformi celeritate conficiuntur atque inde, propter literarum ac peregrinatorum frequentiam, principi ac subditis quaestum potius dant, quam ut ullo onere premantur rempublicam: ibi certissimum fere est, rei *cursoriae* spartam praefecto commissam esse cum iure *hereditario*.

§. V. Ante uero quam haec rite expendamus, dicendum est, eandem uocis *postarum* adpellationem diuersas significationes habere, inuicem ante omnia bene distinguendas. Has enim cum omnes uere auctores

A 3 *inter*

Exemplum  
ex educatio-  
ne Comit. de  
Wartenberg

Maximam  
solertiam.

uris postarum una adpellatio significatio, uero admodum diuersa.

inter se commiscuerint & confuderint saepius, fieri non potuit, ut de ipso deinceps iure *postarum* sibi constarent. Enarrabimus nos summam hanc diuersitatem singulaque exemplis illustrabimus: ut pateat, de quonam genere nobis futura in primis sit disputatio.

Principio notat facultatem, *SVIS IMPENSIS* postas instituendi, sui tantum suorumque causa.

S. VI. Principio quidem *ius postarum facultatem* notat, equos ac ueredarios alendi suis solum impensis, sui etiam suorumque causa, non aliorum. Duo hic aduerti merentur, quae huius generis postas ab aliis omnibus distinguunt. Primum est, ne, quod fit in l. 2. § 7. C. de cursu publico, ciuibus aut incolis alicuius ditionis onus impeteretur, equos eius generis alendi; sed pretia rerum, pro ut conuentum est, parata pecunia, locarii instar, ab institutore soluantur. Alterum ut *propriarum* tantum rerum transuersiones sint. Ne incolis lucrum praecipiat, quod hi alias ex hoc genere negotii sibi a peregrinis aliis possunt polliceri. Haec fere instituta fuerunt *Perfarum*. Cyrus enim regalibus impensis, per certas itinerum periodos, equites aluit, quorum unus alterum in perfendis literis rebusque excepit, ut uelocissima harum commercia haberet cum quibusuis longe distitis gentibus. Barnabas BRISSONIVS (F), quem alii postea omnes exscripserunt, hunc *Perfarum* morem plene ac docte ex antiquitate eruit, in testimonium adhibitis non *Xenophontae* solum; sed *Herodoto*; *Iosepho*; *Suida*; *Hesychio*; *Eusebio* aliisque praeclaris auctoribus: ut adeo frustra sint, qui de hac re uelint dubitare, quod *Xenophontem* aliqui non pro *historico* habeant: sed pro *doctore* morum, qui finxerit, qualis aula *Perfarum* esse debuerit, non autem qualis fuerit, enarrauerit. Apud Romanos quoque, cum antea *subditorum* impensis cursus publici fierent, postea

(F) In eruditissimo opusculo de regio *Perfarum* principatu Lib. I. p. 147. 148.

postea quorundam Caesarum benevolentia effectum est, ut onere hoc prouinciis remisso (g), *fiscales cursus* instituerentur, id est, postae e Caesaris ac imperii reditibus sustentarentur. *Adrianus TVRNEBVS* (h) hoc explicuit, sed plenius longe curatiusque uir summus, *Ezechiel SPANHEMIVS* (i) recondita, ut solet, doctrina hunc omnino euoluendus. Neque uero solum subditis *onerosum* esse non debet *ius postarum* in hoc genere: sed neque damna eisdem *negatiue*, quod aiunt, inferre. Sic per *L. 3. §. 9. 11. & 16. C. de cursu publico* docemur; postea siue uehicatione Caesarea neminem uti debuisse, nisi qui publica uel Caesaris ipsius uel praesidis auctoritate, quod rarissime factum *uestitionis* diplomate *L. 2. C. de curiosis & stationariis* esset praemunitus. De quo argumento *Iacobus REICHIVS* (k) ex instituto scripsit, propterea consulendus. Hoc uero, siue factum fuerit, ne *cursus* publici euilacerent frequentatione hominum infimae fortis, siue, quod migrandi licentia, si nullo delectu fieret, pericula reipublicae se cum habere uideretur; quapropter *CLAPMARIVS* postarum inter arcana status retulit, ne his sine discrimine uel incolis uel peregrinis uti liceret; siue, ne subditis *quaestus subtraheretur, e transuentione rerum peregrinarum*

(g) Neque nullius momenti uisa est subditorum ab hoc onere subleuatio, ut hodiernum nummi Caesarum extent, in memoriam huius clementiae his uerbis excusi: *VEHICVLATIONE ITALIAE REMISSA.*

(h) *Aduersariorum* Tomo III. Lib. XXIX. cap. 12. p. 189.

(i) De usu & praestantia numismatum, dissertat. IX. de uehicatione remissa p. 800. Addi possunt, quae habent *CASAVBONVS* ad *Lampridium*; *SCHEFFERS* de re uehicular. ueterum; *Iohannes SCHILTERVS* de cursu publico, qui textus *LEGVM* magis cum industria iudicioque, prae aliis omnibus expendit.

(k) In literatissima dissertatione de *DIPLOMATIBVS & TRACTORIBVS* 1777 post und *Kositzeteln* Regiomonti 1678.

Audacitas  
ad faciem po-  
starum hodi-  
ernam.

Quo sensu  
ius postarum  
inter regalia  
Caesaris & sit  
ex non sit?

*narum sperandus* (1); nostra parum refert. Id sufficit, ipsos quoque aevi Romani Caesares *lucrum* hoc subditis non praereceptum uoluisse. Hoc igitur modo id Caesari etiam nunc dandum esse, arbitror, ut postas ubique regionum instituat, inprimis si territoriorum domini *nullas* habeant, quarum usu literarum rerumque commercia per omnes imperii angulo tempestive haberi, queant. Atque huc etiam omnia argumenta pertinent, pro hac Caesaris facultate a diuersis doctoribus in medium prolata. Scilicet hoc sensu dicendum est, *ius postarum e reseruat* ac *regalibus esse imperatoris* cum *Andrea* ALCIATO [m]; *Iacobo* CVIACIO (n); *Iasobo* MENOCHIO (o); *Iboma* MERKELBACH (p); *Caspere* KLOKIO (q); *Antonio* PE-

(1) Neque enim nullas causas habeo, ut ita credam. Quoniam ex A. GELLIO Lib. XV. Noctium Atticar. c. 14. constat, Romanarum prouinciarum incolas plures ex rerum ac hominum transuectionibus uixisse.

[m] In Annotationib. ad Lib. XII. Codic. tit. de cursu publico T. III. Oper. p. 609. rem omnem summam, sed eleganter atque his uerbis explicat: quid sit CVRSVS PVBLICVS ut breuiter explicem, sciendum est, per dispositos locos prouinciarum habuisse imperatores quosdam equos, qui sumtu publico alebantur: ut quoties repentinum aliquid accidisset, mutatione equorum citissime, quo uellet imperator, possit mittere quemcumque nuntium, uulgo POSTAS uocant. Verum in hoc haec differunt a cursu publico, quod hic sumptu principis alebantur equi &, sine eius licentia, priuatus nemo iis utebatur. Sed in praesentiarum priuato sumtu res agitur estque inde conducti locatione actio. Non frustra haec descripsi. Intelligitur enim inde, quod cursus publicus inter Caesaris regalia esse possit: ita tamen ut ius postarum maneat principibus territoriorum.

(n) In eundem C. librum titulo eodem Tom. III. oper. p. 500. qui omnium luculentissime doctissimeque uerba Constitutionum imperialium mihi uidentur euoluisse.

(o) De Arbitrariis indicum quaestionibus casu 229. p. 220. qui Alciatum descripsit.

(p) Habetur inter concilior. uolumina Klokii Tom. I. uol. 1. Confil. 33. p. 270. ubi quaestio resoluitur? an imperator magistrum postarum munere suo exuere possit, nulla idonea causa. At ibi auctor: Das postwesenswürdig für ein Kaiserl. hohes regal gehalten; das sonst keinem Reichs-Stand gebühret. Scili-

PEREZIO (r); *Iohanne* BRVNNEMANNO (s) aliisque  
 praeclaris Legum Romanarum interpretibus. Quos  
 publicorum imperii iurium scriptores, si intra eosdem  
 hos limites & ipsi maneant, impune sequuntur. In quo-  
 rum numero sunt *Thomas* MICHAELIS (t), STEPHA-  
 NI(u); STAMLERVS (x); SIXTINVS (y); CLAPMA-  
 RIVS (z); CLVTENIVS (a); BOCERVS (b); ARV-  
 MAEVS (c); REINKINGIVS (d); BESOLDVS (e);  
 SPRENGER (f); SCHVZIVS (g); LIMNAEVS (h);

B BRAVD.

Scilicet, ut ego explico, non in proprio territorio, sed extra illud in  
 universo imperio.

- (q) de Collectis cap. 1. n. 25.
- (r) In titulum C. solennem ac saepius allegatum de cursu publico.
- (s) Qui tamen inter illa, quae olim Caesarum iura fuerant, subsistit.
- (t) Camerae Imperialis quondam assessor de IURISDICTIONE conclus. XII. num. a. Caesareae iurisdictionis sunt, cursus publicos, quos postea di-  
 cimus instituendi & confirmandi. Sic nuper 1596. & 1597. L. Taxis e-  
 iusque substituto Iac. Henotto a Caesarea Maestrate officium magistri pos-  
 starum confirmatum est. Habetur aucto in Nucleo Iuris Publ. pag. 604.
- (u) Lib. II. Part. I. cap. 1. membr. 2. p. 53. Ius postarum solus habet imperator.  
 l. iudicib. & l. nullus C. de cursu Publ. quasi vero iura publica imperii no-  
 stri a placitis Romanorum pendeant.
- (x) De referuatis Imperator. §. XLIX. p. 237. n. 1. ius postarum non solum  
 inter iura maiestatis; sed etiam inter referuata imperatoria retulimus.  
 Idque ut speramus absque omni errore. Nam quod consensus ordi-  
 num imperii uel ad minimum etiam Electorum accedere debeat, nullibi  
 cautum legitur.
- (y) De Regalibus Lib. II. cap. 13. n. 42. p. 221. Ius postarum pertinet ad Im-  
 peratorem.
- (z) de Arcanis Rerumpubl. Lib. I. cap. XXI. circa fin. quem omnes fere, quos  
 haecenus citavi, exscribunt atque eius lyra oberrant.
- (a) In Sylloge Rer. Quotidianar. Conclus. XXII p. 42. 44. qui praebet ue-  
 stigia Sixtini.
- (b) de Regalib. c. II n. 236. qui pariter in numero est sententiaeque veteranorum.
- (c) Volum. III. Iur. Publ. Disc. XV. th. 53.
- (d) De Reg. Secul. & Eccles. Lib. II. cl. 5. c. 6. n. 137.
- (e) In dissertat. de regalib. cap. VII. §. 9. & in thesauro practico.
- (f) Iurisprudenc. Publica pag. 106.
- (g) Ioh. Helm. Simoldus Lib. II. Iur. Publ. Post. XVIII. p. 370. quod in tanto  
 uiso admodum miror.
- (h) Hunc

BRAVDLACHTVS (i); HERMES (k); BEHAM (l)  
 aliique. Nauseo enim iuniores recensere, quorum a-  
 & plane sin- lius aliam, nullo iudicio, exscribit. Summatim sufficit  
 gulari expe- maiestati Caesaris, si literarum ac rerum commercia in  
 ditur. omnibus imperii plagis & angulis habere queat. Quod  
 dupliciter fieri potest, vel *POSTA IMPERIALI* Caesaris:  
 vel *TERRITORIALI* aut prouinciali principum. Si  
*illud*, tum regio ipsa, quam ueredi Caesaris peruadunt,  
 vel non habet prouincialem postam, adeoque caueant tan-  
 tum Caesaris mancipis ne incolis ullo modo graues sint;  
 uel illa *Caesaream* iuxta, *territorialem* quoque habet, atque  
 hoc sensu Caesaris res tantum *proprias* per eiusmodi ter-  
 ritorium transuehere possunt, non literas aut bona *pere-*  
*grinorum*, multo minus *ciuium*, ne princeps *utili* dominio  
 territorii a Caesare destitui uel aliqua tantum parte ui-  
 deatur. Atque hinc intelligitur, quod *postae* in exposito  
 hactenus significatu, quatenus scilicet *innoxio* per omne  
 imperium *transitu* fiunt, omnino ad maiestatem perti-  
 neant imperatoris adeoque inter *regalia* sint: contra uero,  
 si *quaesum* faciant aut incolis onera *angariarum* imperent,  
 inter fructus atque reditus referri debeant *iurisdictionis ter-*  
*ritorialis*. Et sane quoties leges imperii curam postarum *Ca-*  
*sari* commendant, quod fit in *R. I. NORIMBERG. 1522. §. 5. Ita-*  
*tem ist bedacht* & *R. I. SPIRENSI 1542. §. 45. Und da-*  
*mit man auch* & *R. I. RATISPON. 1641. §. 93. Ubrige*  
*übergebene* & in *CAPITVLATIONIBVS Leopoldi*  
*& Iosephi Articul. XXXIV. Und demnach wir* &: id nul-  
 libi

(h) Hunc citius nominastem, nisi extra oleas is uagari mallet, quam momenta huius leis rite expendere Lib. II. Iur. Publ. cap. 9. n. 133. Neque in tomis additionum alia tractat.

(i) Lib. VI. Iur. Publ. cap. 6. §. 5.

(k) Qui uulgares auctores exscribit in Fasciculo Iur. Publ. cap. XI. n. 11. p. 198.

(l) In doctrina Iurisprudentiae publica Cap. II. membr. 2. artic. 19. p. 281. 282.



sibi cum aliqua quaestus mentione & approbatione fit, sed, quod stylo, curiis usurato, dicunt, innoxiae *correspondentiae* causa; ut cuncta in oculis ac intuitu Caesaris sint in uniuerso imperio. Praeterea ante, quam *Franciscus TAXIVS* Maximiliano I. Caesari compendia publici cursus ostendisset (m): nullum *postae* genus cognitum fuerat, quam quod hactenus per *innoxium transitum* descriptissimus. Ut adeo frustra sint, qui a *curfu publico* qui eoque, nullo incolarum detrimento, Caesaris fuerat, ad *lucra* postarum, ciuibus artificio Taxiano sensim crepta consecutione quadam argumententur. Potius auctor tum fuisset maiorum territoriorum principibus, ut huic conatui, quo sub *postae* titulo magni transuentionum quaestus fieri coeperunt, se tempestiue obiecerint. Et sane, si uehicularionum redditus inter Caesarum regalia fuerunt, cur non quaeris aurigarum commercia (alle Landfutshen) sustulerunt mancipis Caesarei? sed illa saeculis ante floruerunt, quam *Taxiana* inuenta in eorum societatem, nullo iure, sed mera principum territorialis patientia, aut inscitia potius interuenissent. Quid quod cum semper in Germania *curfus publici* a Caesaribus instituti essent, nulla unquam querela fuisse, legitur: *Das die Neben und Mehger Posten dem Kaysersl. Postregal eintrag thäten.* Id scilicet est, nullum antea *quaestum* ex usu postarum adfectasse unquam Caesares: itaque eius causa non aemulari poterant contra id, quod territorio.

B 2

(m) Errat Franciscus TVRRIANVS, aut qui sub hoc nomine latet, ZIMMERMANNVS, Hildesheimensi Antistiti a consiliis, quod Taxio a Frederico V. hereditario postarum munere donatos fuisse dicat. Filio enim huius Caesaris id debent. Quod IULIVS CHIELETIVS in libro, quem inscripsit, les Marques d'honneur de la Maison de Taxis, prodidit; quem SPENERVS P. II. Herald. Lib. III. c. 37. atque hunc VVAGENSELIVS de summis officialib. c. 3. §. 3. p. 14. exscripserant.

teriorum iura semper complectabantur. Et quis crederet, quaeſo, magnos Germaniae Duces pacis, belli ac foederum pactiones cum exteris quibusue iure semper inſtituiſſe: neque literarum rerumque cum illis commercia fouere potuiſſe. Iam ſi territoriorum principes & ipſi diſpoſitos equos habuerunt: quis eos hodie Caefari niſi *cumulatiue* merito uindicabit? Manet igitur Caefari facultas *curſus publici* per uniuerſum imperium ſine lucro tamen e transuectione aliarum literarum, niſi ubi aut nullae prouinciales poſtae ſunt, aut patientia domini territorialis Caefari ius fecit: ſed *poſtarum iura* cuius principii in ſuo territorio competunt, quorum cauſa incolis & *angariis* imperare poterit, & *lucra* praecipere. *Illud*, quod iure *collectandi* gaudeat; hoc quod *utile* dominium habeat, quo utroque deſtitutum ſe agnoſcit ipſe imperator.

ALTER poſtae ſignificatus: quo ius notat quaeſtum faciendi e transuectione literarum, rerum hominumque.

§. VIII. Sed nunc ad alterum POSTAE genus deueniendum, ubi *facultatem* notat, non ſolum e quocunque *transuectionis genere quaeſtum faciendi*; ſed hunc etiam *aurigis & clabulariis* quibusue *priuatis, a ſocietate excluſis, ſibi tantum arrogandi*. Atque haec definitio poſtarum prioribus ſeculis prorsus ignota fuit. Quam Cyrus neſciuit; ignorauit Ahaſuerus; neque intellexerunt Graeci aut Romani ſapientes. Craſſiſſimo igitur *elenchi*, quod dicitur, errore labuntur, qui in legibus Romanis praesidium reponunt, iuris poſtarum, Caefaribus noſtris adferendi. Fruſtra ſane allegant L. 18. §. 21. 22. ff. de *muneribus & honoribus*; & eadem prolapſione L. 7. C. de *fabricenſibus* laudant; neque firmiter ex L. 2. C. de *Curioſis & ſtationariis* argumentantur; imo in ipſo, C. de *curſu publico & angariis titulo*, ubi ſedes eſt huius materie, nihil reperitur, quod ulla conſecutione ad modo deſcripta poſta-

An hoc ſenſu fit inter reſerua-  
ta imperii;  
aut iura terri-  
torii? Ex-  
ploduntur &  
explicantur  
LL. Romanae

postarum iura possit referri. Ut enim taceam, quod ante me a pluribus contra ueteranos istos doctores explosum est, admodum absurdos & rerum imperii ignaros esse, qui e uolumine Iustiniano principia eruere uelint iurium publicorum Germaniæ. Nam ne *christi* quidem in memoratis Romanorum Legibus reperitur: unde constet. Caesares aut rempublicam ex re uehicularia aut cursu publico ullum *lucrum* ciuibus præripuisse. Felicius ergo pro nostris principibus rerum gnari exinde argument: Caesares Romani *lucra postarum* sibi in pristinis seculis, ubi potestas eorum nullis legibus adstricta fuerat, nunquam adrogarunt; ergo multo minus temporibus nostris haec sibi poterunt uindicare, cum iniuria ac detrimento principum territorii. (n) Sane, adeo *lucri nihil postae olim Cesareae fecerunt*, ut potius ex L. 20. C. de cursu publico constet, neminem, qui cursu publico in itinere usus fuerit, quicquam propterea soluisse. Atque hunc morem neque seculo decimo quarto migratum fuisse, BARTOLO (o) teste scimus, qui ita sentit: *nullus dux, postquam suum ducatum intrauit, debet uti cursu publico (postea Caesaris) sed iumentis propriis* Potius clarissimum est, quod non solum olim apud Romanos arg. L. 65. ff. de acquir. rer. domin. sed etiam in Germanica gente *quæstus*, e re uehiculari facti, non Caesarum fuerint, uerum hominum priuatorum. Reliquias omni tempore obseruare licet in tabulariis *ciuitatum* (Der Städte ordinariæ Botten) qualem, post alias plures, etiam patria mea *Hala Sueuorum* alit. Qui literas resque omnis generis transferunt referuntque, quamuis in iisdem locis

B 3

(n) Ut tamen semper in memoria sit; ius postarum in prima significatione saluum omnino ac integrum esse imperatori.

(o) In Commentario ad L. 20. C. de cursu publico.

Tabellarit  
ciuitatum  
des Städte  
ordinariæ  
Botten.

locis *Caesarei* postarum magistri eadem commercia instituerint exerceantque, *Horum*, enim auctoritas cum iunior longe sit iuribus *illorum*: facile agnouit Caesar, id postae genus per *Taxiana* consilia nullo iure tolli ac obrui posse in Germania. Quamuis quidam ceremoniarum ritus sint, exempli causa ne ciuitatum ueredarii cursorios tubulos uel gerant uel inflent (*sollen weder das Posthorn führen noch darein stossen*;) ut postis *Caesareis* in angiportu cedant & quae sunt generis eiusdem, quibus dignitas utriusque debet internosci. Sed haec recentiorum temporum subtilitates sunt, quas Caesari disputare noluit grex pusilla ciuitatum. Meretur consuli dissertatio, de hoc argumento uentilata, praeside *illustri uiro Henrico COCCIO* (p); quae horum *tabellariorum* iura auctoritatemque ex instituto contuetur. Imo ipsa sparta Comitum de PAR qua is supremam in *Austria* & huic innexis regionibus *postarum praefecturam* gerit, nullo prorsus iure *Taxiis* addictam, satis testimonii habet, *postas lucratius* de quibus hic scribimus, ius esse territorii in Germania adfixum. Equidem scio, quod *Caesareus TVRRIANVS* (q) existimet, *Austriacam* domum *postarum* regale praecipui iure habere. Verum enim uero priuilegia allegans, ea probare debet, quod haec facti sint, neque praesumantur *L. 1. C. de mandatis principum*, imo nec ullius dignitate & auctoritate nos terreri debere, sed sacras eius literas quaerere iuber imperator. Mirum igitur omnino est, hasce pro *Austriacis* haecenus prolatas non fuisse. Neque tueri potest cau-

Ius postarum  
in ditione  
Austriaca.

(p) Scripsit eam defenditque *Jacob. Ernestus THOMAN* Angustanus, haud dubie in patriae honorem (*der Flugschurger Botten*) hoc titulo: *DE TABELLARIS von Botten* edit. Heidelbergae 1682.

(q) *Im Glorwürdigen Adler / Cap. II. p. 89.*

sam eorum, quod & hoc ipsum inter privilegia Austriaca sit; daß Sie die original solcher ihrer freyheiten vor unserm Käys. und des Reichs Hof- und Kammergericht noch einigen andern gerichtten für zubringen/nach disputiren zulassen/nicht schuldig seyn/ut uerba se habent diplomatis CAROLI quinti. Postquam enim tot auctoribus utpote CVSPINIANO; ROO; FVGGERO; LAZIO; GOLDASTO; LIMNAEO; PASTORIO ac LONDORPIO. Austriacorum priuilegiorum codicillus passim descriptus est; omni iure id in dubiam uocatur, quod in illo nequi reperiri. Neque enim, quam etiam opima hæc priuilegia alias sint, ullum uerbum de *regali postarum* ibi inuenitur. Frustra autem & in eo est TVRRIANVS [r], quod *Ferdinandum II.* qua *Cæsarem*, non qua principem Austriæ illustri *PARIORVM* familiae jus postarum in Austriacis regionibus detulisse, scribat. Nam Taxii hereditaria postarum præfectura integro seculo ante a Cæsare summam per omne imperium inuestiti fuerant: quibus ius hoc suum, si aliquod illis fuisset, postea inuitis & immerentibus, non potuisset auferri. Et uero cum nulli legatur, *Taxios* se huic *Pariorum* inuestiturae tum obiecisse, certissimus sum, eosdem neque causas uidisse, ad id faciendum. Quod uero *Ludou. ab HORNIGK* (s); *Caspar KLOKIVS* (t); *Philippus Andreas OLDENBURGERVS* (u); opponunt; domum tamen Burgundicam ad ius postarum *Taxiis* e manibus auferendum, frustra anhelasse. Id miror, neminem dissoluisse. Maximilianus enim *Taxium* clientela postarum ibi non ut Cæsar donauerat; sed qua heres Burgundionum Huius ergo poste-

Postulata iuris postarum in prouinciis Burgundicis.

(r) In dem Ehorwürdigen Adler / Cap. II. p. 90.

(s) Gap. XV. de iure postarum theorem. 2. p. 122.

(t) de Contributionib. Imp. cap. II. n. 30.

(u) In Limnaeo enucleato Lib. III. cap. 2. p. 368.

Saxoniae e-  
lectoris per  
Belgium &  
Italiam.

posteris incubuit, ut facta conditoris ac parentis sui omni-  
no praestarent. Neque maioris momenti est, quod *Tbo-*  
*mas* MICHAEL (x) de suo tempore memorat: *Haud secus*  
*uti an. 1579. A. E. S.* (quae literae Augustum Electorem  
Saxoniae denotant) *per Belgium & Italiam suis sumptibus*  
*constituere annuente a Caesare, pro huius suae maiestati re-*  
*seruati iuris defensione, inhibitum fuit.* Quem locum infi-  
niti fere alii ex eodem, nullo iudicii ordine, excripse-  
runt. Quasi scilicet iam conclamatum esset, exemplum  
hoc principum Germaniae postularis cursus publici iuri-  
bus omnino obesse. Verum enimvero non actum,  
hic fuerat de iure postarum in proprio Saxoniae terri-  
torio, de qua nostra haec quaestio, neque dicitur, an singu-  
larium ditionum domini consenserint Saxoni, ut cursu  
publico per territoria eorum pro arbitrio transiret. Quod  
utrumque satis luculenter docet, quam huius loci id ex-  
emplum non sit, ut adserto, per haec dicta, princi-  
pibus iuri postarum ulla ratione obistere aut obesse  
queat.

TERTIVS  
postae signi-  
ficatus, quo  
ius notat AN-  
SARIARVM.

§. IX. Restat *tertium* & ultimum genus *postarum*  
etiam nunc tribus uerbis exponendum. Scilicet quate-  
nus *facultas est, subditis territoriorum onera imponendi, ut*  
*ueredos ac ueredarios gratis alant, uel ipsimet promissi sint, ad*  
*cursum publicum principis causa, peragendum.* Atque hoc  
intellectu *postarum* iura in LL. Romanis passim de scripta  
repe-

[x] De Caes. Maiestatis Camerae & Statuum Iurisdictione Conclus. XII.  
pag. 604. Ceterum mihi aliunde notum est, HVBERTVM LANGVEIVM  
principi ac nutritori suo ad hoc institutum auctorem fuisse. Et sane  
miror Langvetum, in Gallia tum agentem, nullas inde Saxoni literas  
mittere potuisse, quam uel in nundinis Francofurtanis per mercatores  
uel nuntio peculiari amandato in Germaniam. Quod ille in multis e-  
pistolis prodit, a nobis ante quinquennium & quod excedit promulgatis  
Eertissimo iudicio, postas neque tum temporis a Taxio bene dispositas  
fuisse; ut quorumque principum literas perferrent.

reperimus. Pertinent huc *L. 18. ff. de muneribus & honoribus L. 7. C. de Fabricensibus & tituli fere integri C. de Curiosis & Stationariis* item *de Cursu Publico & Angariis*. A quo onere etiam nemo facile se excusare potuerat *L. 1. C. de quibus muneribus nemini se liceat excusare & L. 1. C. quemadmodum civilia munera indicuntur*, ne clerici quidem, quatenus hoc munus fuerat patrimoniale *L. 11. C. de Sacro Sanctis Ecclesiis*, aut ueteranorum naues *L. 4. ff. de ueteranis*; aquarii tamen *L. 10. C. de aquae ductu*. Qui plura hic desiderauerit, doctos interpretes adeat *Budaeum*; *Curacium*; *Alciatum*; *Brunnemannum*; *Perezium* alios plures. Tractauit quoque hanc rem summatim, sed ordine ac erudite *Regnerus SIXTINVS* (a); quem *Iohannes Otto TABOR* (b) & reliqui tantum non omnes exsuperunt. E Graeca autem & Romana antiquitate qui haec eruat, supra illustrissimum scriptorem *Ezechielem SPANHEMIVM* (c) laudauimus, cui nunc addi potest *Iacobus GVTherivs* (d), post quos operae pretium non est, alios nominare, cum hi nihil omisisse uideantur, quod huc queat referri. Verum enim uero neminem imperii nostri adeo ignarum fore, existimo, qui *postularum iura*, qua hanc *angariandi* facultatem notant, *Caesari* in *Germaniae* prouinciis sit adtributurus. Principio enim hoc onus, incolis pergraue, ipsos *Romanae* gentis *Caesares* publico edicto, supra (e) scripsimus, re-

(a) In tractatu de Regalibus capite XIII. quod ex instituto agit: de angariis & parangariis & plaustrorum nauiumque praestationibus.

(b) In Commentario ad tit. C. de Metaris & Epidemicis Cap. 3. §. 5. pag. 89. 90.

(c) Dissertat. IX. de Praefantia Numismi. p. 300. ubi hoc argumentum plene ac erudite est pertractatum: unde legum interpretes omnino proficere, possunt.

(d) Memorabili admodum loco Lib. 3. de Officiis Domus Augustae cap. XIV. de Cursu publico Angariis & Parangariis p. 629.

(e) Ha.

mississe. Quod igitur illo iam tempore cessauerat, hoc frustra imperatoribus nostris, propter superius allegatam causam (f), uindicatur. Deinde extra controuersiam est, Caesares nostros iure collectandi (g) destitui. Igitur neque *angariandi* facultate gaudebunt, illi admodum uicina. Faciunt hic uerba *Iob. Wolfg. TEXTORIS* (h), quae hanc rem ad statum nostrae aetatis bene distinguunt. Sunt autem haec: *porro inter Caesaris reseruata referendum ius cursus publici, cui hodie postae nomen, sed diuersa iterum ratione ac olim. Hoc enim ius tempore ueteris imperii in perceptione angariarum constitit, dum equos cursorios & paraueredos prouinciales alere tenebantur sumptibus suis. At haec onera, non iam imperatori, sed territoriorum Dominis praestantur a subditis. Quanquam durante bello non desint exempta, quibus ad publicas necessitates, uelut ad subuehendum annonam militarem tormenta & reliquos belli adparatus duces Caesaris uicinos status equos plaustraque poscerent. Quod imaginem ANGARIANDI prae se ferit, sed status, quod bene additur, onera talia magis uoluntate & in rempublicam amore atque erga imperatorem reuerentia, quam PRAECISA IVRIS NECESSITATE agnoscere & praestare uidentur. Certe illud patet, ab his ipsis ius postae imperialis modernae toto coelo discrepare. Nec enim amplius sumptibus prouinciatium aluntur equi cur-*

(e) HADRIANO; PIO ac SEVERO Caesaribus, quod numis ac testimoniis ueterum scriptorum probat illustriff. SPANHEMIVS Dissert. IX. p. 804. de usu numism.

(f) Argumenta enim negatiua non reiecerim in iure publico: ita scilicet, ut, quam potestatem Romani Caesares non habuerunt, eandem, neque Germanicos hodiernum sibi arrogare posse, existimetur. Secus autem AFFIRMATIVIS fiteris usus & quae olim illis potestas fuit, eam his frustra uindicaueris.

(g) KLOHN in hoc argumento illustre uolumen est de collectis & contributionibus Imperii.

(h) In iuris Publici, Caesaris Tit. XII. n. 113. seqq. de reseruatis Caesaris.



*cursorii, sed eorum, qui postis sunt praepositi & quae sequuntur.* Cuius iuri sententiae nullus non rerum gnarus ad stipulabitur. Quod enim in 2. F. 56. *angariarum iura inter regalia Caesaris numerentur & aliquid eius generis colligi possit ex constitutione quodam GOLDASTI (i):* neutrum cum moribus Germanici imperii uel olim conuenit uel cum iisdem nunc congruet, ubi legibus & pragmaticis sanctionibus aliter prouisum esse, scimus.

§. X. Vt igitur ea, quae huc usque plenius dicta sunt, nunc summam repetam: habet *ius postarum in primo* significatu *Caesar*, ad cuius maiestatem utique pertinet, ut per sedula literarum commercia sciat, quid in quibusue plagis & angulis Germaniae agatur, & hoc est, quod inter reseruata Caesaris merito queas referre. Verum hoc non obest *principibus* imperii, quin singuli in singulis *territoriis* & ipsi *postas* instituunt habeantque in *altero ac tertio*, quem dedimus, uocis intellectu. Quorum *unum* ex *utili* territoriorum dominio; *alterum* ex iure *colle-ctandi*, pronissima consecutione fluit, qua utraque facultate principes Germaniae hodiernum gaudent fruunturque. Quodsi uero ipsi etiam *Caesarei* in *altero* genere postarum lucra & compendia faciant in principum territoriis; id ipsa *Iosephi R. Capitulatio* longo usui ac praescriptioni his uerbis tribuit: *Wo dergleichen Käyserl. Post-Ämter VERHMIDEN und HENGEBRACHE (k):* aut etiam *pactis* expresso. Quod in Brunswicensi ditione cum Guelferbutana domo existimauerim interuenisse: ubi celeres equos ea causa *TAXIVS* etiam nunc habet.

Rerum dictarum summam instituta repetitio.

INRA DERIVATA POSTARVM FACTO domini territorialis uel TACITO uel EXPRESSE.

Sed

(i) Tomo III. Constitution. p. 35. & 61. ibi querela extant, quod homines privati sine euectionis schedula cursu publico uterentur; hic uero equorum maior cura mancipibus commendatur.

(k) Articulo XLIV.

Sed hoc iure quilibet etiam alius princeps per *alienis* territoria *cursum publicum* disponere potest: si quidem *dominus territorialis* consensu suo uel tacito uel expresso id adprobauerit. Exemplum ualde momentosum est, quod *Brandenburgicus* quondam Elector ab anno 1658. per ipsas Saxoniae ac Misniae regiones *postas* habuerit neque opposuerint se ullo casu Saxones, quin potius illis gratum hoc esset, ut literae eorum, propter nudinas Lipsienses maxime, tempestiue & leui pretio in exteris prouinciis perferrentur. Anno demum 1692. atque post plures quam totos triginta annos e somno, ut ipsi dixerunt, sunt experrecti. Cum enim insignia *postarum* compendia sentirent, inuido aliquantisper oculo Brandenburgicos praefectos sunt intuiti. Mox principi Electori suaserunt, ut & ipse *cursum publicum* per uniuersas ditiones disponeret. Quod cum factum esset, Brandenburgicis literae, quo iure non definitio, praereptae sunt: ut adeo sparram, per tot lustra, ipsa Saxonum uoluntate, exornata, quando impensis lucra non amplius responderant, relinquere ab eaque discedere cogentur. In *Quedlenburgensi* etiam ciuitate ante sexennium adhuc *postae Taxianae* fuerunt. Sed postquam Porusorum rex ditionem illam recepisset: omnino causas habuit, eo sibi prospiciendi, ne hic *territorii* fructus ei decederet. Porusico itaque ueredito instituto, expirauit, quem *Taxius* ibi habuerat. Neque enim *Taxiani* possessione sua iuraueri poterant. Saxonum enim patientia nihil nocuit Brandenburgicis, arg. *L. II. ff. quemadm. seruitutes amittantur & 2. Feud. 8. §. Rei autem.* Verbis: *quid ergo &c.* quibus pristina in *Quedlenburgum* iura fuerunt, antequam urbem pretio, Saxonibus numerato, in suam ditionem accepissent.

§. XI. Verum haec sufficient ad intelligendum, quis postas *hereditario iure* in Germania nostra possit deferre. Scilicet *CAESAR* in *priori* (l) significatu, iure reseruatorum; in *altero* (m) pactis siue tacitis, siue expressis cum dynastis ditionum: *PRINCIPVM* autem iura uti *primi* (n) generis postas non attingunt: ita in *secundo* (o) ac *tertio* (p) easdem omnino in suis territoriis exercent. Itaque non omnes *hereditarii cursorum praefecti* eandem facultatem eademq; iura habent. Sed haec aestimanda sunt pro *triplici postarum* diuersitate, hactenus a nobis edocta. Quamuis, ut verum fatear, *primi* ac *ultimi* generis postarum non facile exemplum extet, cum *iure hereditario* collati. Neque enim *ibi* clientem repereris, cum feudi cuiusuis ratio in *concessione utilitatis* (q) uersetur, quae fere in illo genere non reperitur (r). A modo autem *postremo* de iure angariorum loquor, cursus publici in Germania desuefacti sunt, ut priuatae tantum atque extra ordinem quandoque institutae uehicularioni inferuire uideantur. Loca haec in rem congescit *Samuel Cocceius* [s], magno parente dignissimus filius, unde plenius intelligi potest, quod nos, pro ratione instituti, summam exposuimus. Ut adeo *alternus* tantum generis hereditarii postarum praefecti super esse, uideantur.

Quis postas iure hereditario deferat in Germania?

C 3

§. XII.

[l] Superius descripta §. 6. p. 6.

(m) Quem dedimus §. 3. p. 12.

(n) Locus saepius citatus.

(o) Ita §. 8. p. 12.

[p] Describitur §. 2. p. 16.

[q] Verbis scito illustris STRYKII cap. 1. &amp; 2. Iur. Feud. pr.

[r] Nisi ipse Caesar reditus ALIVNDE tribuere, uelit praefecto POSTARVM, ut in hoc etiam genere fidem eius solentiamque beneficio alligatam habeat. Quod OFFICIALIBVS aularum hereditariis *den Erb-hoff-dintern* dari solet. Qua causa ipsos etiam principes electores Bambergensia feuda accepisse scimus: ut hereditariis muneribus in aula istius antistitis defungerentur. Quae cum ARCHIOFFICIIIS eorum, quae Caesari & imperio praestant, manifesto errore alii confundunt.

[\*] In dissertatione nuperrima de regali Postarum Iure, cap. 1. n. 10.

Maxima di-  
gnitas praefec-  
turae po-  
starum.  
in aulis Caes-  
arum utri-  
usque Romae

§. XII. Sed neque parum est, ad supremam CELERVM PRAEFECTVRAM adspirare. In quo dignitatis gradu τὸν λογοθέτην τῶ δρόμου, quem interpretes (t) *sum-  
mum cursorum praefectum* reddit, qui cognitionem habuerit de cursu publico, aula Constantinopolitana Graecorum Caesarum reposuerit, e *Georgio CODINO* (u), uulgo *Curopalata* in aliquot locis potest intelligi. Scilicet inter primarios aulae administratos locum habuit summus cursorum magister: quem magno dignitatis interuallo alii plures sequuti sunt. Tuentur eundem in hoc honoris fastigio ipsae etiam leges Romanae. Nam *L. 9. C. de Cursu Publico* imperator sibi, uel ut eius uerba sunt, nostro numini & magistro officiorum cursus publici curam reseruamus. Ita ut neque praefecto urbi neque magistris militum nec ducibus nec uicariis a nobis hic quicquam concessum sit. Quorsum *Iacobus GVTHERIVS* (x) legi potest, quamuis mirer eum praefecti cursorum munera non curatius descripsisse. Et memorabilis illa poena est, quam ex *Iulio Capitolino* suppeditat *Petr. AERODIVS* (y) his uerbis: *Tito Aurelio imperante, Pertinax, qui & postea imperator fuit, praefectus cohortis in Syriam profectus, cursum publicum sine euectione, siue diplomate (ohne Post-Zettel) usurpauerat. Praeses Syriae ita hoc nomine in eum animaduertit, ut pedibus ab Antiochia ad legationem suam iter facere imperaret.* Inde est quod *C. PLINIUS* non

(t) *F. IVNIUS* in notis *Curopalaten* p. 302. ὁ λογοθέτης τῶ δρόμου. Summus cursorum praefectus, cognitionem habens de cursu publico: qui hodie Germanis *Postmeister*/Gallis *maître des postes*. Ut ex historicorum monumentis probari potest.

(u) In libro de *Officialibus Palatii Constantinopolitani* p. 16. 68. 174. 302.

(x) De *Officiis domus Augustae* Lib. 3. cap. 14. p. 653.

(y) *Lib. X. Res. Iudicatar.* cap. 7. p. 938. de muneribus & honoribus.

non alii quam ipsi imperatori Traiano se excuset (y), quod uxori suae, audita morte aui, uolenti ad amitam suam excurrere, euectionis diploma concessisset. Quod clarissimum nobis documentum est, cursus publici causas maximi momenti fuisse, saepius a praefecto ad ipsam Caesarem delatas. Et uero neque nostra aetate sparta supremi postarum praefecti minoris momenti est: quod intelligere licet, si plerarumque Europae aularum rationes habeamus. De HISPANIAE regno gentiles scriptores GARGIAS TOLETAN. (z); LARREA (a); & PEREZIVS [b] cuius uerba huc exseribi, merentur. Ita autem hic: *summus ueredariorum praefectus, Curioso in Comitatu olim similis, illustri stirpe oriundus, a Principe constituitur, cui in omnes ueredarios imperium est. Et stafetas, quos celeres literarum cursores uocamus, designat atque beneficio principis omne commodum ex isto munere proueniens sibi acquirit. Sed omnes sumtus sustinet & salaria praebet cursoribus aliisque ministris & fasciculos literarum principis & legatorum eius ubique existentium, deferendos curat: atque in praemium probe nauatae operae solent eius heredes, permittente principe in munus succedere, saltem in Hispaniae regni & Belgio.* Non poeniter integrum locum dedisse, cum plura sint, quae inferius etiam dicendis lucem dare possunt. De GALLIAE moribus e TABOETTO (c) haec refert

Nostri aetate in Palatiis Regum ac principum. Europae ueruae. Hispaniae.

Galliae;

(y) Peregrina haec epistola est CXXI. ET ULTIMA LIBR. X. quae omnino perlegi meretur, cum illa, qua Caesar Plinii factum suo consensu adprobauit. Quod talis officii gratia in celeritate contulerit, ut sententiam Caesaris Plinius ante iter susceptum, exquirere non posset.

(z) In Comment. C. ad tit. de Cursu publico.

[a] Fide Perezii cum auctor ipse ad manus non sit.

(b) Commentar. in lib. 12. Cod. tit. de Cursu P. p. 851.

(c) In Paradoxis Reg. Sect. 2. p. 113.

fert LIMNAEVS (d): *procuratio cursus publici in Gallia moribus aulicis, adscribitur Archibippocomo (au Grand Efcuyer de France) qui magnus adpellatur Scutarius. Qui suo tempore hanc prouinciam in Gallia exornauerit Ludou. ab HOERNIGK (\*) recenfuit. Noſtra uero aetate ſupremam poſtarum curam LOUVOIS geſſit, regis, dum uiuere, manus & oculus. Qui trigam clauſit maximorum, quos Gallia pace & bello uidit, adminiſtrorum. Et ſane non infimam immanium diuitiarum, in quibus ipſe deceſſerat, partem hanc fuiſſe, quam ex reſiduis collegerat praefecturae poſtarum, ſermone plurium habeo. In ANGLIA rex quidem ipſe poſtarum iura ſibi ſeruauit, teſte Henningio ARNISAEO (e): ſed curam eorum iam olim principi Georgio, nunc marito reginae demandatam fuiſſe, ſcimus [f.] Neque infra dignitatem ſuam eſſe exiſtimauit regali ſtemmate oriundus princeps, ut ceteris regnorum ac dignitatum titulis hunc quoque adderet: SUPREMVVS POSTARVM in Angliae regno PRAELECTVS.*

Angliae.

Germaniae,  
ubi patrocinium  
cursus publici  
Archicancellario  
S. R. I.  
antiftiti Moguntino  
commiſſa.

§. XIII. Neque in Germania noſtra minor eſt eiusdem muneris dignitas & amplitudo. Inde eſt, quod, teſte BOINBURGIO (g), quem BOECLERVS (h); SPEN-

(d) In Notitia Franciae Lib. 2. cap. 3. p. 573. quod doctiorem librum non ſcripſit Limnaeus.

(\*) Capit. VI. p. 37. Hodie Monſ. de NOUVEAV Seigneur de Fremont Conſeiller de Sa Maieſte en ſes Conſeils d'Etat, GRAND MAITRE DES COVRRIS ET SVRINTENDANT GENERAL DES POSTES & Re-lais de France.

(e) Lib. 3. de Iurib. Maieſt. minoribus cap. 4. p. 549.

(f) Non ſolum ſermone aliorum, ſed etiam teſtimonio Iacobi Bernhardi MVLZII Part. 2. Repraesentat. Maieſtatis Imperat. cap. 9. p. 435. gener noui regis Angliae Princeps Danicus reſiduis Poſtarum per Angliam nupers obtinuit.

(g) Qui ſchedas de praerogatiuis Moguntini Ioh. Henr. BOECLERO tranſmiſit, ab eodem Notitiae S. R. I. Lib. VI. c. 5. p. 134. inſertas, Quamuis plura ibi ſint, a partium ſtudio non aliena.

NERVS (i); THVLEMARIVS (k); CRVGERVS (l) alii-  
que exscripserunt, ipsi Moguntino antistiti Caesar *patro-*  
*cinium* demandauerit *postarum* & cursus publici in uniuer-  
sa Germania. Quae prouincia cum supremo, quod in  
imperio est, munere archicancellariatus omnino conne-  
xa esse uidetur [m]. Et memini plurimas ex causa lites  
principi Electori cum a Taxiis; tum a proceribus quo-  
que imperii motas fuisse. *Illi* enim a Caesare magis pen-  
dere uoluerunt, in cuius clientelam, inuestiturae remedio,  
essent recepti (n): hi autem inter nouissime 1690. descri-  
pta grauamina contra Moguntinum hoc etiam allegarunt:  
es nehme sich Churmainz der Protection über die po-  
sten an. Unter derer Praetere Churmainz eine iurisdic-  
tion in andrer Chur-Fürsten Fürsten und Stände ter-  
ritoriis unuermercktet exerciren könne (o). Mea doctrina  
facile est ad controuersiam, tot difficultatibus obrutam  
duobus uerbis componendum. Scilicet in *primo* tantum  
genere *postarum* (p) *patrocinium* Moguntini uersatur;  
Non in *altero* (q) ac *tertio* (r) quae iura sunt, *territoriis*  
affixa, eaque uel a principe ipso exercentur, uel *Taxiis*  
pacto aut patientia eius concessa esse deprehenduntur. Id  
quod nihil commune habet cum *patrocinio* Moguntini.

Lites ea causa  
cum a Taxiis  
cum a Proce-  
ribus imperii  
intentae.

Nous ratio  
litigiosa haec  
iura compe-  
nendi.

D

Quam-

[h] Lib. cit. VI. c. 5. p. 134.

[i] Oper. Herald. Part. Spec. Lib. 1. c. 64. s. 18.

[k] In Op. de Octouiratu cap. X. p. 129.

[l] De Iurib. Nouem uiror. Part. Spec. Membr. 2. Discurs. 4. p. 215.

[m] Agnoscente hoc ipso Moguntino in literis d. 27. Maii 1627. *Meinere*  
*Vorsahren als Erzh. Canzlern in Deutschland das Regal und Protection de*  
*her das Postwesen im H. R. Reich altergnädigt anbefohlen.*

[n] De Regal. Postar. iure cap. VI. p. 50. seqq.

[o] Ioh. Frid. PFEFFINGER inter alia grauamina contra Moguntinum pro-  
lata, hoc quoque descripsit Lib. 3. Comment. Iur. Publ. tit. X. p. 127.

[p] Superius descriptum habes s. VI. p. 6.

[q] s. VII. p. 12.

[r] s. XI. p. 16.

Quo iure li-  
serae Mogun-  
tini a taxa  
cursoria im-  
munes?

Quamuis aequitas quodammodo commendare uideatur, ut propter clientelam *primi* generis postarum etiam in altero literae Moguntini a τὸ σταμολύτρω immunis sint. Quod etiam praxi confirmat HOERNIGKIVS (s) Et uero cum olim Caesareis impensis literaria commercia habuerit Moguntinus: non tam ille, quam Caesar nunc subleuatus esse, intelligitur.

In Germania  
Postarum  
praefectura  
plurimum  
iuris heredi-  
tarii.  
Exempla Ca-  
esaris cum in  
S. R. I. ubi  
Taxius.

§. XIV. Praeterea id tantum non peculiare habet Germania, quod, ob superius (c) allegatas causas, plerique principes hanc spartam familiis detulerint cum successione hereditaria. Caesares suo exemplo ordinibus hic praecuerunt. Cum enim usque ad Maximiliani I. aetatem cursus publici aerario Caesaris admodum *onerosi* essent: FRANCISCVS TAXIVS s. Tasius, nobili gente ex Italia oriundus inde compendii rationes docuit, obtulitque Caesari, suis impensis cursores disponere, literas quoque curiae imperialis ac Moguntinae gratis perferre: modo hoc daret ei Caesar, ut reliqua commoda atque lucra caperet in praemium operae nauatae. Non poterat institutum hoc, nouum ac inauditum plane, aulae proceribus non gratisimum esse atque cunctorum adplausus promereri. Cessit etiam Taxio feliciter opera consiliaque haec optatissimus, neque ulli mortalium praeventus euentus comprobauit. Regalis enim fiscus non solum onere hoc subleuatus est, sed postae magis celeres & expeditae redditae fuerunt, ingenti commodo principum, mercatorum & quorumuis peregrinantium. Mereri uidebantur haec prudentia solertiaque laudatissimi uiri,

[s] Cap. VI. de regali Postar. Iure theor. 2. p. 206.

[c] Plene hac de re egimus s. 3. p. 3. 4. Exemplis ibi ac rationibus cum uniuersim, tum sigillatim ostensum est, quanta commoda curae postarum accedant, si hereditario iure familiae unius deferantur.



uiri, ut uniuersae genti *Tasiorum* suprema postarum praefectura cum hereditario iure deferretur, quo praeclari conditoris memorie in posteris existeret, nullo tempore intermoritura. Atque exinde maiora semper incrementa sumserunt e cursu publico prouentus, familiamque *Tasiorum* tantis diuitiis locupletarunt, quae satis esse uidebantur, ut principio Comitum, mox S. R. I. principum honores titulosque sustinerent. Habet *Taxiana* gens familiares & domesticos scriptores, qui ortum progressionemque eius ex instituto descripserunt. In quorum numero imprimis sunt *Franciscus ZAZZERA* (u); *Alfonfus Lopezius de HARO* (x); & *Iulius CHIFFLETIVS* (y); quem *Ludovicus abHORNIGK* (z); *SPENERVS* (a); *WAGENSEILIVS* [b]; atque hunc & *Hornigkium TVRRIANVS* (c), aliique exscribunt. Ut adeo operae pretium non sit, tot auctoribus memorata repetere.

§. XV. Inuidere coeperunt huic quaestui principes Germaniae, quod *Taxios*, peregrinam gentem, tanta e cursu publico compendia facere in Germaniis intellexissent. Prodito igitur semel arcano postarum reditu, consilia plerarumque regionum dominis esse coeperunt, quibus utilitatem hanc, ceu fructum territorii sui, sibi adsererent. Fecit hoc & suo quodammodo exemplo reliquis praeiuit gens Austriaca. Ex quo enim *Caesarea* dignitas huic familiae illata fuit, in Austriaeque innexis regionibus *cursum publicum* dispositum habuit.

D 2

(u) De Nobilitate Italiae.

(x) In Genealogia Comit. de Villamediana.

(y) In libro, les Marques d'honneur de la Maison de Tasius.

(z) Capit. VI. theoremat. 3. p. 46. de Regali Postar. iure.

(a) Parte II. Special. Herald. Lib. III. c. 37. de *Taxiis*.

(b) De S. R. I. Summis officialib. &amp; subofficialibus cap. 3. §. 3. p. 14. 15.

(c) *Jm Störwärdigen Adley*/ Cap. I. §. 3. p. 16. 17.

Cum in Hungariae Bohemiaeque regnie & Austriae innexis prouinciis, ubi Comes de Paar.

buit, ut quacuis, siue per Italiam siue Germaniam instituta, literarum commercia in *residentia*, quae dicitur Caesaris, ceu in puncto suo conuenirent. Et tantum abest, ut *postas*, a *Taxiis* inchoatae, Austriacis offererint aut eo protulerint limites: ut potius constet, Austriacos in aliquot prouinciis, exemplum in *Styria* (d) se offert, *celerum praefectos* cum iure hereditario constituisse. Cum uero rei cursoriae melius consultum iri, existimaretur, si veredariorum cura in Austriacis regionibus, Hungariae Bohemiacque regnis supremo committeretur imperio unius: ad hanc spartam anno demum 1624. subeundam *Iohannes Christophorus Liber Baro de PAAR* a Caesarae Ferdinando II. delectus est, fide diplomatis, quod etiam nunc publice prostat (e). Efflorescere inde coepit cursus publicus in Austriacis ad inuidiam Taxiorum in reliqua fere Germania. Tum enim PAARII iuribus suis contra quosque aemulos & *Taxios* maxime adserendis, ampliandis ac defendendis maiori, quam ante hac solertia inuigilarunt, quod commoda in posteris suae, gentis transitura intelligerent. Contraria certe studia ex hoc tempore inuicem fouerunt *Taxii Paarii*que: cum incrementa unius damna esse alterius existimarent. *Aula Caesarea*, tories de his litibus consulta, qui libelli in actis LONDORPIANIS (f) hodienuum extant, non poterat non in partem inclinare PAARIORVM, quod hi cum suo iure domus Austriacae praerogativas tuerentur. No-

stri

(d) Ioh. Christophorus L. B. de PAAR antequam supremam in Austriacis ditionibus postarum praefecturam accepisset, in diplomate Caesareo 1624. saluatur: Käyserl. Rath und Kammerer ERB. UND. ADSE. M. P. ETEN in Steyern.

(e) Apud HOERNIGKIVM Cap. VI. theorem 3. p. 57.

(f) Volumine V. VII. aliisque, quae loca in nouissime edito indice facili negotio euoluuntur.

stri instituti non est, his recensendis occupari, quamvis *distincti postarum significatus*, quos supra docuimus (g) hanc causam tribus uerbis iterum componere uideantur. Cum alii doctores (h) intricatissimis difficultatibus eam soleant inuoluere. Id superiori anno (1703) aduersione non minus dignum est, quod CAROLVS III. Hispaniae Rex Viennae Austriacorum a Caesare adpellatus, in itinere per Germaniam in Belgium, regni capessendi causa, in itinere, comitem secum habuerit *PAARIVM* supremum rei curtoriae & uehicularia praefectum. Hunc enim cum suis & Borussiae regis (i) ueredariis hoc tum munere defunctum fuisse, die VI. Octobr. cuius apud nos licuit intueri. *Vtrique* miro certe tubulorum concentu & in *arce*, ubi rex dimidia tantum nocte (k) somnum coeperat, signum mane receptui dederunt & post urbe nostra circa *undecimam* exeuntem, iterum iterumque repetito corniculorum clangore, sunt comitati. Quod nescio, an pace factum fuerit *Taxiorum*. Sed haec memoriae causa in transcurso.

§. XVI. Inter omnes Germaniae principes maximam *publici cursus* curam a dimidio abhinc seculo habuit princeps Elector *Brandenburgicus*. Equidem non reperitur, *celeris* ante annum 1650. in Marchia unquam dis-

Regis Borussiae ubi comites VVartenbergici.

D3

posi-

[g] §. VI. VIII. & IX. quae omnino consili merentur.

[h] Ludou. ab HOERNIGK cap. 3. Theorem. 3. p. 61. seqq. quique hanc controversiam describit tantum, neque momenta in utramque partem aestimat expenditque. Et hunc reliqui fere omnes exscripserunt.

[i] In eodem enim agmine utrique egerunt eodem plane adparatu instructi cum Caesareis. Qui casus plane insignis est, quod Caesare ueredi in primo significato (§. VI. p. 6.) cum principum imperii in altero (§. VIII. p. 12.) optime conuenire, queat.

[k] Hora enim II. media demum nocte Halam d. VI. Octobr. 1703. ingressus est, cum Lipsiae & VVeiffenselsae apud Saxoniae ducem aliquantisper diuertisset.

Ipositos fuisse. Cum enim horum principum omnis fe-  
 re ditio *Marchiae* limitibus absolueretur: operae pre-  
 rium illis usam non est, ut eius causa ueredos alerent. Ne-  
 que *Taxis* unquam animus fuit in *Westphalia* aut *Mar-*  
*chia* cursus ueredariorum instituere: quod e *Gallia* &  
*Belgio* per *Rhenanas*; *Franconiae*; *Boioariaeque* re-  
 giones *Viennam* *Auftriacorum* commodum magis iter:  
 atque per *Bohemiam* cum *Polonis* commercia fatis essent  
 expedita: in *Borealia* quoque regna postae *Hamburgo* per  
*Brunswicensem* provinciam transirent. Ut adeo, *Mar-*  
*chiam* attingendi, nulla esse ratio uideretur. Verum e-  
 nim uero postquam diuino quodam prouidentis Numi-  
 nis beneficio contigit; ut *Brandenburgici* principis ditio-  
 nes a *Porussia* in *Cluiuae* ducatum, uno fere tractu du-  
 centorum milliarum protenderentur: tum demum in-  
 tellectum est, celerum cursu perquam opus esse. Non  
 enim tardiora solum literarum commercia fuerunt, quae  
 per longas *imperialium postarum* ambages haberi pote-  
 rant; sed haec etiam maximis, & quod aliorum ser-  
 mone habeo, quotannis *decem millium* thalerorum im-  
 pensis facta sunt. Nouo itaque consilio ingentis animi  
 princeps, *Fridericus Wilhelmus* hanc curam *Michaeli*  
*Matthiae*, uiro rationum cameralium & oeconomicarum  
 gnarissimo rerumque longo usu perito tum demandauit,  
 ut *Berolino* & *Cluiam*; & *Porussiam*; & *Misniam* uersus  
 ordine non interrupto, *cursum publicum* per *Marchiam*  
 & interiacentes regiones disponeret. Maiora subinde  
 incrementa sumpsit posteris commendandum (1) praec-  
 claris-

[1] Admodum miror, PUFFENDORFIVM, subtilissimum rerum Branden-  
 burgicarum, sub Friderico VVilhelmo M. gestarum, scriptorem & hoc & e-  
 ius generis plura argumenta, quae provincias in meliorem statum uer-  
 cerunt, neglexisse. Spicilegia ergo post grande & sumuosum opus su-  
 persunt,

clarissimum institutum: ut nunc non inter infimos regni huius reditus locum queat reperire. Et uero PORVSSORVM REGI hoc negotium tanti momenti uisum est, ut celerum praefecturam supremo regalis aulae administro delatam uellet. Demandauit enim anno 1700. spartam hanc optimus princeps IOHANNI CASIMIRO S. R. A. COMITI DE WARTENBERG (m) cum hereditario profusus iure

persunt, quae industrius rerum indagator cum insigni ciuium utilitate ad gloriam principis immortalē collegerit.

(m) Ab instituto nostro non alienum existimant de VVARTENBERGICIS Comitibus KOLBIANAE gentis pauca hic in medium proferre, ut intelligatur, cui familiae SVPREMA POSTARVM PRAEFFECTURA, cum HEREDITARIA in eadem successione, in PORVSSIAE regno delata sit. Sumit haec ex antiquissima Germaniae nobilitate originem. Seculo enim undecimo praeclarissimis iam S. R. A. muneribus defuncti sunt, qui ex uetustissima hac stirpe fuerunt oriundi. Pridem ea in quatuor palmites iuit PALATINVM; SVEVICVM; VVESTPHALICVM; BOHEMICVM. Primum GEORGIVS HELVICH, non incelebris rerum Moguntiacarum scriptor, ex instituto delineauit, qui libellus uolumini, Johann Casimir Kollens von Wartenberg Väterlicher instruction zu seine Kinder sub finem additus est, hoc titulo: Schwerts Linie des uralten Geschlechts der Kollens von Wartenberg. Alterum memorant IOH. STUMPFELVS in Chronico Heluet. Lib. IX. c. 6. & MART. CRVSIVS P. II. Annal. Suu. Lib. VI. p. 327. & Part. III. Lib. IV. pag. 244. Tertii stemma inuestigauit Henricus MEBOMIYS senior in notis ad Chronicon Schaumburgense, quod in Tom. I. extat Rer. German. p. 541. Quarti successus dedit Bohuslaus BALBINVS Part. III. Tabularii stemmatographici regni Bohemiae lit. X. Sed VVartenbergicorum in Bohemis familia eademne sit cum Kolbianae gentis VVartenbergicis in Palatinatu Rhemano, de reliquis enim nulla dubitatio, hoc facile erit ad demonstrandum. Principio enim ipsa NOMINIS ratio euincit, gentem primae origine esse Germanicam. In uerba nostra eunt id notat, cui ex cubicarum praefectura commissa est, secundum illud OVIDII Lib. III. Tristium uers. 103.

Quem procul ut uidit tumulo speculator ab alto. Ast Bohemias

mis mons non Berg; sed Hurg dicitur; ut adeo Bohemicae familiae frustra quaeratur apud Germanos denominatio. Deinde Bohemici VVartenbergii idem agnomen KOLBIORVM habent cum Palatinis. Extrat diploma Caroli IV. Caesaris anno 1377. cui subscripte P E T R V S DE VVARTENBERG dictus de CHOLB Imperialis Curiae Magister, ubi Goldastus ob literas vetustatis aerugine obefas Choß legit, sed errore satis manifesto Tom. III. Constitut. Imperial. ad an. 1377. p. 417. Idem etiam in libro de Regno Bohemiae in den Beylagen p. 202. Caroli IV. Caesaris epistolam exhibet, ubi verba habentur: Wir haben die Dienste betrachtet/ die uns der edel Peter von Wartenberg genant von Colb unser Hove-Meister und lieber Getreuer offi gethan hat ic Quae formulae in scriptis literarum Comitum VVartenbergici passim super sunt: Christoph von Wartenberg genant von Colbe & quae sunt generis eiusdem. Tum illa etiam verba Germanicam originem ostendunt, quod idem Petrus VVartenbergicus in eadem epistola a Caesare dicatur: noster & IMPERII fidelis, uns und dem Reich conf. Godefr. Guilielmus LEIBNITIVS Part. II. Cod. Iurgent. pag. 268. Post Carolus IV. Imperator eidem Petro VVartenbergio ius uestigialium in Rheino fluvio concessit; quod peregrinae familiae vix existimaverim contigisse: Haben wir dem ehgenannten von Wartenberg zu einem Mann Lehen geliehen und leihen auch mit Krafft dieses Brieffes: uffzuheben von jedem Zuder Weins und von jedem Wandel und auch von aller andern Kaufmannschafft die den Rhein vor SES uff oder nieder geführet wirdet/ urch Marckzoll. Also daß derselbe Peter und seine Erben denselben Zoll ewiglichen von uns und unsern Nachkommen an dem Reiche zu rechten Mann-Lehen haben und halten sollen/ ic. Nürnberg an 1375. Tandem neque illud difficultate caret, quod maximis quibusque S. R. I. muneribus actum si sine VVartenbergici in Bohemia contra mores Germanorum, qui, exclusi peregrini, eadem ipsi potius occuparunt. Cuncta igitur haec, qui rite expendit secum, is facile intelliget, VVartenbergicos in Bohemia eiusdem originis fuisse cum nostris in Palatinatu. Eiusdem propterea familiae honorem utrique pari iure tuebantur. E quo argumenti genere pauca huc transcribemus, ut pateat, non hodie demum aut nondius tertius VVartenbergios maximorum munerum provincias exornasse.

Non postremum locum illud merecur, quod PINCERNAS EGERINT S. R. I. Schenken des H. Römischen Reichs.

Supereft Friderici I. Caesaris diploma, quod haud ita nuper magni cuiusdam Principis primarius administrator transmissit, ubi subscriptor reperitur: CVNRADVS VVARTENBERG dictus de KOLBE S. R. I. PINCERNA. Epistolam quoque VVenceslai Caesaris signavit:

IOHANNES DE VVARTENBERG PINCERNA IMPERIALIS; exemplum habes apud Christoph. LEHEMANNVM Chronico Spirens. Lib. V. c. 6. pag. 368. Melchiorem GOLDASTVM Lib. III. de Regno Bohemiae cap. 1. p. 264. Idem VVartenbergii

## BVRGGRAVI

fuerunt. In Caroli IV. Caesaris epistola legitur: IESKO de VVartenberg BVRGGRAVIVS Pragenfis. Praeterea & hoc repetendum est, quod supra iam prolatum, eosdem & munus gessisse

## MAGISTRI CVRIAE IMPERIALIS

Diploma habes apud Godefridum Guilielmum LEIBNITIVM Part. II. Cod. Iur. Gent. in Actis antiquis electoralib. p. 269. PETRVS DE VVARTENBERG, IMPERIALIS CVRIAE MAGISTER. Supremos etiam, quod Rothumilae est

## CAESAREI IVDICII PRAESIDES

extitisse, ante me e Crusio observavit Georgius HELVVICH in Genealogia VVartenberg. pag. 268. Quid? quod aliquot abhinc seculis in Bohemia

## ARCHIPINCERNAS REGNI HEREDITARIOS,

Erf. Schenk des Kdnigreichs Böhmen

egerint VVartenbergii. Quos serie non interrupta ab anno 1381. ad annum usque 1600. singulari industria collegit descripsitque Bohuslaus BALBINVS in Miscellaneis Regni Bohem. uolum. III. Dec. II. lib. II. part. IV. de officiis regni hereditariis. Quae autem vetustissima Germaniae gens, tanta maiorum gloria insignis, in uno nuper, qui superstes fuerat, herede ab interitu suo non procul abesse, uidebatur: ea, coeli quodam munere, illustriori lumine surgit, ut iam nunc nata esse uideatur. Intulit enim ille, sub quo familia tantum non occasui proxima fuerat, suae non solum genti

## S. R. I. COMITIS

dignitatem, quod Caesaris arbitrio debet, nullis prouocato precibus; sed etiam, quod supra scripsimus,

## SVPREMAM CELERVM PRAEFECTVRAM

gratia Principis ac Regis sui hereditario iure acquisiuit, ut adeo quidam nouae domus instaurator a posteris suis coli ac salutari mereatur. Non ingratum erit, munerum titulos subici, usu cuius solenni: *Iohannes Casimirus S. R. I. Comes de Warrenberg, Serenissimo atque Potentissimo Porussorum Regi a Secretioribus Mandatis; Regiae Maiestatis supremus Camerarius, summus Stabuli ac rei Venatoriae praefectus, Hereditarius cursorum tribunus; Director domaniorum; sanctioris agrarii Quaestor; Ordinis aquilae Borussiae Cancellarius & rerum oeconomicarum director.*

E

iure,

iure, partim ut mascula ex hac gente proles ad eam spem tempestivae formari ac instrui posset, cuius confilii specimen laudavimus superius (\*); partim etiam fidei industriaeque, sibi ab huius familiae *INSTAVRATORE* (n) in gravissimis quibusue negotiis adprobatae, grata in posteris memoriae extet, nullo tempore intermoritura. Neque triennium abiit, quo ea incrementa sub hoc *TRIBVNO* sumpsit cursus publici ratio in ditionibus *regno Porussiae* innexis, ut tacere, quam memorare praeter ad invidiam maleuolorum. Aeri nuper incisa sunt (o) *Porussicarum Postarum* ad *Polonos; Belgas; Baltici* maris accolae; & tantum non *Helvetiae* vicinas regiones hebdomadatim repetita itinera, expedito cursu & nulla impensorum nimietate confici solita, ut peregrinatores quosque & mercatorum maxime literas e cunctis fere Germaniae plagis ad se inuitare videantur. Taceo quod plu-

(\*) In filioli *VVartenbergici* Comitis 6. iv. pag. 5.

(n) Quanta uirtutis laude per aliquot iam lustra *VVARTENBERGICVS COMES* maximis quibusue aulae regalis muneribus fuerit defunctus, id homini peregrino discere licet e praefatione, quam illustrissimus scriptor, *IOHANNES DE BESSER*, Supremus officiorum Magister & Porussiae regi a secerioribus consiliis, libro addidit, uisibus *NOSTRI* a piissimo quondam parente scripto destinataeque. Is tertium iam editus est, ob pretium, quod habet, cum nouitatis gratiam, pridem deposuerit. Praelucet elegantissimo opusculo commentatio haec *Berseriana*. Nouus iterum magni ingenii foetus, cum ob miram & uerum fatear, incredibilem neque hactenus lectam in uernacula nostra elegantiam; tum etiam ob *KOLBIANAS* doctrinas, cum uirtutibus *VVartenbergici C.* ea moderatione, prudentiaque collatas, ut nolentes etiam in eum ad sensum rapiat, praeceptiones ac instituta parentis, integritate filii plenissime adprobatae, maioris nunc pretii iudicium promereri.

(o) *Mappa Geographica* itinerum *CURSUS PUBLICI* regis Porussiae, praeterito anno, incisa & nuper promulgata est. Quam quisque hic potest consulere.



plures Germaniae principes sint (p), qui Porusiae regis *postis* transitum per territoria sua quam promptissime concedant: partim quod territoria eorum tantos limites non habeant, ut operae pretium sit, peculiare in iis uereds disponere; partim quod ὁ σαθρολοῦρον acquisitissimo pretio temperatum sit in re uehicularia Porusiae regis, ut alibi altera fere parte maiores impensas requiri uideant, a quibus eapropter omnino abhorrent.

§. XVII. Et vero, quod magis est, in ipsa quondam SAXONIA <sup>Saxoniae Electoris, ubi Flemmingii.</sup> *cursum publicum* disposuerat Brandenburgicus Elector. Ipse enim ab anno 1678. *Lipsiae ac Witeberge* mancipis ac uereds habuit, qui literas hominesque per mediam Saxoniam deuexerunt. Verum enim uero accidit demum anno 1692. ut, quod superius iam recensuimus (a), Libero Barone ab Hoym, scitissimo rerum existimatore, ipse etiam Saxoniae Elector *cursum publicum* per suam ditionem instrueret. Equidem plus, quam triginta annorum *praescriptione* causam suam tuebantur Brandenburgici, quod illa magnam quoque uim habeat in iure Saxonico communi, loca ac interpretes *Ben. CARPZOVIVS* (b) congescit: sed minus tamen auditi sunt. Allegarunt principio Saxones, ad *regalium* praescriptionem tempus *immemorabile* requiri (c): sed non inter uasallum & dominum res erat, uerum inter principes utrosque imperil. Deinde *precarii* iure Brandenburgicas postas in Saxonice regionibus toleratas esse, dixerunt, quod tantum

E 2

tum

[p] Episcopus Monasteriensis; Dux Meklenburgicus; Principes Anhaltini pforesque alii. Taceo S. R. I. ciuitates Hamburgum; Coloniam; Neomagum etiam in Belgio, ubi rex Porusiae mancipis habet rei cusforiae.

(a) §. 10. pag. 20. Superius.

(b) Part. 2. Constitut. 3. Def. 3. n. §. 9. p. 397.

[c] Doctores equidem diuersimode hic sentiunt *Ben. CARPZOV.* Part. II. Constitut. 3. Definit. 24. pag. 404.

rum daret, quantum daret uoluntas concedentis *L. 1. ff. de Precario*. Ast iure Saxonico, CARPZOVIO (d) interprete, *precarium* non praesumitur, neque iure ciuili Romano, quod praeiudicio confirmat *Illustris Dn. STRYKIVS* (e). Potissimum tandem fuit, quod dicerent, Saxones, *rem cursualem* Brandenburgicis non *pruatiue*, sed ea lege concessam esse, ut principi Electori semper fas esset, eodem in suis territoriis iure pro arbitrato utendi. Inde est, quod *Saxonica postis* iam iam dispositis, *Brandenburgicae* tamen nihilominus pristina iura exercuerint in rerum hominumque *euectione*, pace omnino Saxonum. Sed cum impensis reditus non amplius inde responderent, subditorum ac ciuium literis *welche ihre sachen und brieffe in das Sach. Posthaus lieffern musten* / Brandenburgico mancipi a Saxonico ueredario praereptis: hanc stationem non tam iuris, quam utilitatis causa, illi deseruerunt. Id ergo sibi postea agendum esse, censuit Saxoniae Elector, ut singulari alicuius uiri cura industriaque iam nunc institutam *cursuale* in Saxonia melius promoueretur. Propterea aliorum principum imitatione uoluit, ut suprema *CVRSORVM PRAEFECTVRA* iure hereditario in gentem *FLEMMINGIANAM* transferretur. Ita sibi commendatam quoque habuit hanc prouinciam Flemmingius, ut cum in Polonia cum rege suo absens esset, neque hoc munere capropter condigne posset de fungi: exercitium sui iuris Kaesio, uiro solerti scientissimoque, pretio soluto, concessit, ne celerum cura ullo tempore negligeretur. Quo etiam rectore hodiernum *postarum* iura in maius semper in Saxonis effloruerunt.

## §. XVIII.

(d) Part. 11. constit. 41. Definir. 13. num. fin.

(e) De Cautelis Contract. sect. 11. cap. 2. §. 6. p. 168.

§. XVIII. Vnicum adhuc uicina e gentis exemplum proferemus ducum *BRVNSVICENSIVM*, ut, quae ratio postarum in horum quoque ditione sit, aliquantum possit constare. Ut in plerisque aliis Germaniae regionibus; ita in his quoque cura neglecta fuit rerum cursualium. Manet autem gloria inchoati operis hominem gente Italicum, e familia *STIGENELLIORVM*. Hunc enim *GEORGIVS WILHELMVS*, qui *Cellenfi* tractui imperat, ex Italico obuiam factus est, secum in Germaniam adduxit. Deprehendit mox in iuvene Italici ingenii incredibilem solertiam & sagacitatem. Et cum fidem quoque nutritori in lenioris momenti negotiis, ubi tyrocinia posuerat approbauisset; mereri uilus est, ut ad maiora munera promoueretur. In his igitur non postrema eius cura fuit, quam in cursu publico, per utrosque ducatus Brunsvicensem & Luneburgicum disponendo, unanimi trium eiusdem stipitis palmitum consensu, adhibuit. Cessit feliciter opera, & impensas, principio factas, opimi e celerum cursu prouentus longe superarunt. Factum est autem, ut cederet *Sparta* sua institutor, & aliqua summa, sibi e propter a *PLATENIUS* numerata, acquiesceret. Facile postea fuit *Francisco Ernesto Libero Baroni ac nobili domino de PLATEN*, quod primarius Aulae Hannoueranae administer esset, ut uniuersae domus Brunsvicensis Principes supremam postarum praefecturam, cum iure hereditario, in utriusque sexus posteros duraturo, ipsi deserrent. Cognoscere hoc licet e prooemio *Constitutionis de Cursu publico an. 1682*. Cellis excuso, quod his uerbis absoluitur: Nach demmalender *SAEMEZZESEN* Herren-Herzoge zu Braunschweig u. Lüneburg Durchl. Durchl. Durchl. dem Gemeinden-Rath und Ober-Hof-Marschalln

IN BRVNSVICENSI DUCATU  
ubi Comes  
de PLATEN.

Franz Ernst Frey- und Edlen-Herrn von Platen/ und  
 dessen Nachkommen und Descendenten Männ- und  
 Weiblichen Geschlechtes das Generalpostamt in de-  
 nen gesanten Hohermeldten Fürstl. Hauses Für-  
 stenthümern/ Graff- Herrschafft und Landen/ zu einem  
 feudo promiscuo gnädigst conferiret: so ist wegen dessen  
 Einricht und Führung die vorhin in diesem Höchstobl.  
 Fürstlichen Hause errichtete Postordnung reuidiret/  
 und auf nachfolgende Maße eingerichtet worden. Wor-  
 nach sich so wohl ermeldter Oberhoffmarschall/ als Ge-  
 neral Erbpostmeister und dessen mit beschriebene als  
 auch insgemein iedermänniglich in diesem Fürstenthum  
 und Landen sich gebührend zuachten. Atque hanc su-  
 premae postarum praefecturae prouinciam PLATENI,  
 quorum familia postea ad dignitatem COMITVM S. R. I.  
 euecta est, etiamnunc solent exornare. Id aduersione di-  
 gnum est, quod tamen *celerēs suos in Guelferbutana* ditione  
 etiamnunc *TAXIVS* habeat, *uerecarios* iuxta, quos in eadem  
 regione disposuit Comes de PLATEN. Ita enim cum Cae-  
 sareo conuentum esse constat a principibus istis: Daß die  
 Käyserl. die reitende/ unßer Landesherr die fahrende  
 Post halten und führen solle. Inprimis postquam TA-  
 XIVS uoluntate piissimi principis *Rudolphi Augusti* praefectu-  
 ram harum *postarum* in *subfundum* concessit LAVTENSAC-  
 CIIS. Quamuis enim de longissimi etiam temporis posses-  
 sione *Taxios* facile remouere potuissent duces Brunswicen-  
 ses, ciuitate huius nominis, quae libera S. R. I. esse uoluerat,  
 in ditionem, pristino, quod habuerunt, iure, redacta. arg.  
*Ls. § 7. ff. de fundo dotali & quod satis manifestum sit, ex*  
*sincto iure dantis extingui etiam ius accipientis* arg. *l. ii. ff.*  
*quemadmodum seruitutes amittantur*: melius tamen consuli  
 causae huic existimauerunt, si omnia pace TAXIORVM ami-  
 ce componerentur. Ceterum nihil inuisitati est, una eadem-

que in urbe & *Caesaris* & *Principum* imperii *postus* offendi, cuius exempla non solum in *Brunsvicensi*; sed etiam in *Hamburgensi*, *Coloniensi* aliisque ciuitatibus reperiuntur. Ita etiam *Kilonii* *Holsatorum* & *Daniae regis* & *Ducis Slesuicensis* diuersae *postae* inueniuntur: ut cuique, cui liberum sit, literas resque illi, an huic uelit committere. Sed ad *iura* progressum faciemus, quae e *feudo cursuali* soleant prouenire.

§. XIX. Dubitari omnino posset an *postarum iura* inter res *feudales* debeant referri. Principio enim uero admodum simile uidetur, *feodum*, siue, ut hodie scribimus, *feudum* a uerbis dici *faben* & *Ode*, quorum illud in Lingua Romana est, *accipere*: hoc, quod peregre Iohannes SCHILTERVS (a) edocet, idem ac *fundum* notat. Plenum enim fundi dominium *allode*: minus uero plenum seu utile *feode* quondam dicebatur, quasi *fundus* ab alio in beneficium acceptus, quae fere ratio etiam nunc est uerbi *empfaben*. Deinde *feudo* ordinarie res soli aut *immobilis* confertur aut solo coherens 2. *Feud. 1. in fin.* Verum enim uero, quod ad *primum* attinet, satis est, traditam *feudi* uocabuli originem de plerisque tantum ueram esse, aliam quoque *feudi* eamque legalem deriuationem a *fide* aut fidelitate 2. *Feud. 7. §. 1. uerbis fin.* Quam tamen ego propterea non adprobo, quod facile sciam, quoties philosophentur legislatores, toties eos paedagogice tractandos esse, atque ab illis, si meliores se offerant rationes, nullo piaculi crimine, secedi. *Alterum*, quod concernit, etiam illa quae iuris intellectu, pro immobilibus tantum *habentur* 2. *Feud. 1. fin.* in *feudum* dari possunt. *Res corporales* & *incorporales* adeoque & *iurisdictiones*; *regalia*; *quin* & *officia publica*, uti *Erb. post. aint die Erb. und*

An *Postarum* iura inter res *feudales* possint referri.

(a) In Libello eruditissimo utilissimoque de natura successione Feudalis cap. I. s. 3. p. 3. & plenius in glossario Alemannico, cuius specimen uidiimus, ante triennium Argentorato transmissum.

und Hofämter/ uerba sunt *illustr.* COCCEII (b). Huius generis feudorum exempla in Germanico imperio allegauimus superius (c) quod Galliae etiam antiquissimis consuetudinibus egregie confirmat *Anton. Dadinus*, ALTESERRA (d). Omni ergo iure *Iob. Guilielmus* ITTERVS (e) scribit: *supremum etiam officium postarum in imperio das General Reichs-Post-Amt non minus BENEFICIARIA lege ab imperio dependet.* Ipsae enim *inuestiturarum* literae hereditariam Postarum praefecturam feudum dicunt: Haben Ihm das General Erbpost-amt zu einem FEUDO promiscuo gnädigst conferiret (f). Et aliae (g): Haben ihm des Oberste Postmeisteramt zu einem *WIRN-REHEN* gnädigst angesetzt verwilliget/ und *VERWIRN-REHEN*. Neq; alio scribendi genere LL. & sanctiones imperii utuntur. *Capitulatio* Iosephi (h): Die Verfügung thun/ daß unser General-Oberste Reichs-post-amt in seinem esse erhalten/ insonderheit aber der damit *VERWIRN-REHEN* General-Reichs-Postmeister wider alle Eingriffe gehandhabet werden solle.

Feudum cur-  
suale an pro-  
prium?

S. XX. Cum uero duplicis generis feuda sint *propria* & *impropria*, id quoque expediri debet, in quonam genere postarum iura sint reponenda. Sed uero cum nondum inuicem conuenerint *doctores*, quid his uocabulis intelligi uelint: neque hic alia decisio dari potest, quam cum certo discrimine facta. Vir illustris *Samuel* STRYKIVS (i) numerum *impropriorum* feudorum, non sine rationibus,

(b) In Hypomnematis. Iuris Feudalis Tit. V. §. 1. p. 55.

(c) §. 2. p. 2. 3. loco superiori.

(d) De Feudis Galliae cap. 3. p. 12. cuius loca Itterus exscripsit.

(e) De Feudis Imperii cap. 8. p. 430.

[f] Ita Brunsvic. diploma, quo hanc spartam diximus Platenis de latam fuisse.

(g) Literas uide apud Hoernigkium Cap. 6. theorem. 3. p. 58.

(h) Articulo XXXIV. & Leopoldinae XXXV.

[i] Integro capite 4. de Feudis impropriis.

bus, auget. Ad haec igitur dogmata si *feuda cursualia* exegeris: ob quam plurimas causas inter *impropria* erunt referenda. *Primo* enim ratione *acquisitionis*, quod *cursualia feuda*, ut in Brunsvicensi ducatu uidimus, promiscua sint, quae ad *faeminas seruitiorum* fere inhabiles, deuoluuntur. *Deinde* etiam *conditionata* esse uidentur *pleaque feuda postarum*, ubi certa tantum seruitia, in literis inuestiturae expressa, uasallus praestare tenetur, uti non ad alia, quae exigi in proprio feudo possunt, sit obligatus. Post a multis *cursualia feuda* (*Die Post-Lehen*) inter feuda *Gastaldiae* 1. *Feud.* 2. referuntur; quae ob eandem forte causam *impropriis* solent accenseri. Sed aliis uolupte est, *impropriorum* feudorum classem *angustioribus* limitibus circumscribere, & exempli loco, feuda *conditionata* inde eximere, quod *seruitium nominatim*, quale esse debeat, in proprio etiam feudo *exprimi* posse, uideatur 2. *Feud.* 23. Verum mallet, adhuc dum tueri *dogma Strykianum*, quod prolatus textus quidem dicat, *feudum esse siue seruitium NOMINATIM*, quale esse debeat, *expressum sit*, siue *indeterminatae sit promissum*; aut inter propria, an uero *impropria feuda* 2. *Feud.* 61. referri illud uelit, hic non definiatur.

§. XXI. Non iniuria forte *doctores* inculcat ITTERUS (k), quod *Germaniae* quacuis *feuda* in classes disponant, consuetudinibus *Longobardici*: solennes. Ita enim fieri,

an Feudum  
Guardiae.

(k) Capite 3. de Feudis Imperii C. 2. p. 82. Hanc, inquit, doctrinam iuris feudalis Longobardici nonnulli cum moribus nostris conciliare nituntur, sed plerumque successu non admodum felici. Cum enim suae cuique populo etiam inter Germanos peculiare leges consuetudinesque quondam fuerint, iisque non abrogatis, sed saluis ius civile & una ius Longobardicum in Germaniae fora receptum sit, & publici quoque status ratio ab imperio a Longobardorum regimine multis modis discrepet: mirum non est, uni reipublicae destinata ad aliam non tuto applicari.

fieri, ut propter *nominum peregrinorum affectationes* ipsis *uiribus patriis* uis inferatur & maxima hinc uocum rerumque suboriatur confusio. Quam absurde enim fit, quando *feuda principum* imperii nostri cum *capitaneis regni Longobardici* commiscetur aliaque committuntur, quae roto coelo inuicem differunt, ut plerorumque in iure publico errorum ortus successusque apud inptos consuetudinum feudaliu[m] doctores quaeri ac offendi posse, existimauerim. Idem ergo mihi quoque hic cenſeo eſſe cauendum. Cum enim *curſualia feuda* priſtinis temporibus prorsus ignorata fuerint, quae enim 2. *Feud. 65.* reperiuntur, huc nihil faciunt, ut inter *nouu[m] ſeculi inuenta* quodammodo referri queant: fruſtra forte inueſtigatio inſtitueretur, in qua demum conſuetudinum feudaliu[m] claſſe haec fuerint reponenda. Equidem olim *Iobannes SCHILTERVS* (l) ea inſtar *feudi Guardiae* ſe habere exiſtimauit, quod cuſtodia rei pro mercede commiſſa eſſe uideatur 2. *F. 2.* Verum ſi *guardiae* (m) & poſtarum *praefecturae* diuerſitates inuicem expendaris: parum *huic ex illa* remanebit. Ibi *puaedium*; hic *celerum* iura committuntur: ibi res *corporalis*; hic res *incorporalis*: ibi uſus rei alienae; hic propriae, ſuis enim impenſis ueredos & inſtituunt praefecti & alunt; ibi plerique fructus naturales; hic induſtrialia tantum & ciuiles: ibi cuſtodia ad *dies uitae* uel ad *certum* tempus; hic iure perpetuo

(l) In diſſertatione inaugurali, quam an. 1671. Ienae defendit praefide Chriſtoph. Philip. Richtero; de curſu publico & angariis & parangariis cap. 1. §. 9.

(m) Nobis etiam nunc in uernacula ein VVardein. Tale quondam feudum VVARTENBERGICORVM Comitum maiores habuiſſe, plura argumenta fidem faciunt. Cum quod NOMEN inde ſumpſerint: tum etiam quod a CLAVA, genere armorum, quo ſtationem in ſpecula tuiti ſunt, KOLBII dicantur: imo inſignia quoque eorum CLAVIGERVM ſiſtant. Ut adeo VVartenbergicos S. R. I. BYRGGRAVIOS fuiſſe, quem certiffimum ſit.



petuo ac hereditario & quae alia sunt genera differentiarum. Idem fere iudicium de sententia illorum est, qui *feudis Gafaldiae* 1. F. 2. cursualia adenseat. *Gafaldus* idem fere fuisse censetur, ac ille, qui hodiernum in uernacula audit ein *castellan*, quod locis testimoniisque analogum medii aevi confirmant *Ant. Dad. ALTESERRA* (n) & *Carolus du FRESNE* (o). Sed siue *Gafaldiae* uasallum administratorem dicas negotiorum domini; siue auctorem aut procuratorem eius; siue etiam rei oeconomicae praefectum: ingens iterum inter hoc & *cursuale feudum* comparebit discrimen. Neque ius *feudale Alemannicum* caput habet nostro argumento admodum adfina. Quae de feudo *Ampachiae* cap. CXII. aut in sequente de curiae feudo *von Hove-Necht-Lehen* leguntur: parum iterum huc faciunt. Quid quod *Ampachiae* iura cum *Gafaldiae* feudo prorsus contulerit *Iohannes SCHILTERVS* [p], ut adeo modo traditas difficultates secum habere uideatur; si huc uolueris adplicare. Idem de *Saxonice* consuetudinibus dicendum, qui hoc casu nihil fere abeunt a decretis *Alemannorum*. Me igitur existimante, sincere magis dicitur, *nonum* in hoc iure caput merari *feudum cursuale Post-Lehen*: cum nullum fere exhaetenus recensitis, possit occupare.

§. XXII. Plura etiam singularia iura in aliis casibus occurrunt, quae a communibus rerum *feudalium* praeeptionibus abire & quodammodo differre uidentur.

(n) De Feudis Galliae cap. 3. p. 12.

(o) In Glossario Latin. subh. u.

(p) In notis ad Codicem Iuris Feudalis Alemannici cap. 112. & seq. p. 396. seq.

Gafaldiae.

Ampachiae.

An in Feudo  
cursuali foee-  
minae etiam  
succedant?

Excluduntur tur. Nequit in feudo *succedere foemina* 1. *Feud. 3.* ubi haec  
 hac, ipsis legibus remoueri dicitur; neque proles ex foemineo  
 sexu descendens 2. *Feud. 11.* Atque idem fere moris fuis-  
 se iure *feudali Germanica*; ostendit *Iohannes SCHILTE-*  
*RVS* (q). Equidem communes etiam rerum feudalium  
 praeceptiones, foeminas in feudi successione admittunt,  
 quoties uel *inuestitura*; uel *pacto*; uel *principis* singulari,  
 gratia sequiori lexui succurratur 1. *Feud. §. 2. filia.* Ve-  
 rum enim uero extra hos quoque casus nouas plane in  
 feudo *cursuali* rationes habendas esse, existimauerim. Ra-  
 tio legis est anima legis. Quod si igitur leges cessent om-  
 nes *causae*, propter quas foeminae a *feudali successione*  
 alias excluduntur: ipsas quoque leges uim suam perde-  
 re, crediderim. Et uero singula sigillatim intuebitur.  
 Cardo rei in 2. *Feud. 36.* uersari uiderur, ubi *mutus*; *sur-*  
*cus*; *caecus*; *claudus*, uel *aliter imperfectus*, etiamsi sic na-  
 tus fuerit, *feudum retinere non potest*, quia ipsum seruire non  
 ualet. Sic dicimus in clerico, in FOEMINA & in similibus.  
 inde prona consecutione arguo: qui *seruitia feudalia*  
*praestare non potest*, ille a *feudali successione iure excluditur*.  
 Recte igitur fit, ut foeminae remoueantur a feudis, ubi  
*militaria seruitia* exiguntur 2. *Feud. 28.* Quamuis enim  
 de heroinis ueterum historiae supersint, plura tamen sunt  
 quae foeminas in re militari impedire uidentur. Eae-  
 dem etiam a *feudis palatii* ob eandem causam arcentur,  
 quod *marescalli*; *Pincernae* aliorumque munerum offi-  
 cii non sine dedecore quodam foeminae defungi possint.  
 Quapropter A, B. quoque decreta easdem a successione  
 in *electoralibus* excludunt. Sed si scribere debeo, quod  
 sentio; magnam semper cum in Germania, tum in aliis  
 regnis

[p.] In Commentario amplissimo iuris Alemannici ad caput 3. p. 53. seqq.

regnis, quod Gallia sua *Iob.* BODINVS (q) testatur, diuersitatem fuisse, reperio inter illa feuda, quae a foemina neque possideri quauerunt neque per foeminam in maculum heredem *transferri* 2. *Feud. II. §. proles* & inter haec, quae foeminae quidem non ipsae possidere, sed tamen in masculos suos heredes transferre potuerunt. Neque reperi, haec ab ullo doctore ad mores Germanorum rite aestimatos fuisse. Habes aliquot loca in GERMANIA PRINCIPE (r): sed plenior tractatio requiritur, in aliam forte occasionem differenda. Quod enim *Iobann.* *Marschalkum* *amptlehen* *foeminae indultum.* SCHILTERVS (s) diploma allegat in quo officii *marschalli* feudum foeminae delatum sit, huc parum facere uidetur. Non enim quaerimus, quid pacto aut gratia domini fieri possit; penes quem est, in quouis etiam feudi genere seruitia uasallo remittere 1. *Feud. 8. §. 2.* Cum ergo in neutro genere ex hactenus recensitis seruitiis postularum praefectura uersari uideatur: non uideo, quare foeminis eadem *hic ac ibi* lex data esse, existimerur. Quod si enim cetera uasalli officia 2. *Feud. 7.* descripta, perlustro ne *γπὸ* quidem reperio, quod a moribus foeminarum abhorreere, uideatur. Equidem LAVDENSIS, quod in 1. *Feud. 1. §. 3.* *Godofredus* adnotat, in contrarium aliquid moueri uidetur: *feudum datur non tantum iuandi domini gratia, sed ut eius SECRETA non EVVLGENTVR.* Ideoque foeminae ea de causa ad feudi successionem non admittuntur. Sed arbitror, dominum, qui literas transmittit; hoc casu prudentius tacere, quam postularum praefecti

E 3

(q) Lib. III. de Republ. cap. 5.

(r) Lib. II. de Regno Poruss. cap. 3. §. 6. pag. 99. Lib. III. de Elect. Boio-  
anie cap. I. p. 14.

(s) In Comment. Iur. Alem. p. 400.

Et *taciturnitatem* in eo experiri. Ut praeteream, propter unius atque alterius mulieris loquacitatem hanc infamiae notam uniuerso sexui non sine quadam iniuria inuri. Et sane exempla satis manifesta sunt, foeminas quoque *postarum* praefecturis condigne defunctas fuisse. *TAXIA* comes, anno 1640. & sequentibus specimen luculentissimum edidit. Illa enim non solum *curfus publici* curam per uniuersum imperium cum summa laude gessit: sed etiam inuasa *PARIIS* aliisque iura acriter defendit; ut uiris nihil quicquam in obeundo munere postponi mereatur(t). Quamuis igitur, quod supra (u) scripsimus, Brunswicensi domui placuerit, *postarum* praefecturam genti *PLATENIORVM* in feudum promiscuum conferre: non tamen principes hi *seruitia feudalia uasallae* foeminae remittent, quod alias fit *1. F. 8.* si feudum ad hanc, nullis masculis superstiribus; fuerit deuolutum.

An possessor  
fendi cursua-  
lis *SVBFEV-*  
DARE possit  
inferiorem  
magistrum  
postarum.

§. XXIII. Non parui etiam momenti quaestio haec est, quid iuris sit in *SVBFEVDO CURSUALI*. Virum *uasallus*, domino inconsulto; aut *hic*, in scio *illo*, *subinfendare* possint inferiores *magistros* aut *mancipes postarum*. Obentweder der Lehens-Herr befugt sey/ ohne des General-Erb-Post-Meisters Einwilligung einen Post-Meister; Post-Halter; Postillion; nam idem de singulis iudicium est, unter der Eigenschaft eines Vffter-Lehens mit seinem Dienst zubeleihen: oder ob auch solches der General-Erb-Post-Meister/ohne Lehens-Herrliche Einwilligung/thun können. Prius iure meritoque negarunt *Idi Leodienses*, a *Taxiis* propterea consulti quod *Caesar* quibusdam imperii ciuibus *tabellariorum* iura concessisset, quae *curfuali feudo*, *Taxiis* collato, damnosa esse, uidebantur. Quamuis uero in hoc casu

(t) Acta LONDORPIANA hic consulantur, in locis s. XV. 28. laudatis. Confer. Ludouicum HOERNIGKIVM cap. 6. Theorem. 3. p. 64. cap. theorem. 1. p. 18.

cum Leodiensibus non sentiam, de quo mentem meam superius (u) declaravi, argumentum tamen omnino adprobandum esse, arbitror: quod anteriori *infeudationi posterior* nulla obesse, ac damnum adferre possit. Negabitur itaque *domino ius subinfeudandi*, sine consensu auctoritateque uasalli. Quod si uero dominus uasallo praefecto non omnem *fructum cursualem* concessit; sed certam partem tantum instar salarii aut *feudi soldatae, de camera aut de cauena*, 2. Feud. 1. sub fin. 2. Feud. 2. §. 1. ut magis feudum *DE* cursu, quam *curuale* dici mereatur, tum nullum impedimentum est. neque enim decedit aliquid fructibus uasalli, quam *subinfeudandi* iure dominus pro suo arbitrato uti queat. Alterum quod attinet, an uasallus *subinfeudare* possit, sine domini directi consensu. Atque hoc uniuersim leges ei largiuntur 2. Feud. 3. §. 1. per *feudum tamen* 2. Feud. 9. §. si uero 2. Feud. 34. §. 1. Quae uerba clarissima sunt: *similiter nec uasallus feudum sine uoluntate domini alienabit: in feudum* (subfeudum) *tamen recte dabit. Si secunda persona* (subinfeudatus uel subuasallus) *sit talis, quae feudo seruire possit. Ut si dans miles est & ille, qui accepit miles.* Neque ego dubitauerim, in supremi postarum praefecti arbitrio poni, ut mancipis & inferiores postarum magistratos hoc munere inuestiat ac *subinfeudet.* Quod literae inuestiturarum TAXII ac PARII con-

(u) An. 1637. uidua TAXIANA litem intendit Noribergensibus, Colonien-sibus, Augustanis, Ulmen-sibus, Francofurtanis atque pluribus ciuitatibus aliis: ne tabellarii earum literas resque alias eueherent, quae CVRSV PVBLICO possent transferri! Es sollte das bottenwesen in den Stätten aufgehoben / oder doch von denselben nichts angenommen werden / welches auf der Kaiserl. Reichspost fortgebracht werden könnte / uid. Hoeraigk cap. XIX. Theorem. l. p. 299. seq. & superius p. 14. laudata von bottenwesen differatio; ubi etiam collata p. 19. quid se ipsa sententiam, breuiter exposui.

confirmant, quae hanc facultatem his uerbis profiteri, uidentur: Daß Sie das General-Erb-Post-Ampt und was demselben anhängig/als ein männlich Regal und Lehen innen haben/nutzen/nießen und gebrauchen/und damit wie sichs gebühret auch dergleichen Manns-Lehen Art und Eigenschafft ist/disponiren verfahren und handeln sollen und mdgen. Ut adeo mirum non sit, exempla nos eorum protulisse, qui *subuasalli* sunt Taxiorum. Neque est, quod dicant, aliam forte rationem esse in *feudis aulicis*, quaeabilem ac dignam ministerio personam uelint. Id enim curare debet *subinf feudans*, ut deligat *subuasallum* seruitiorum dexteritate non distitutam. Quid quod patrii mores manifesti sint. Nam S. R. I. Archiofficiales suo arbitratu subofficiales cum Imperio constituunt, tum in aula Bambergici antistitis. Aliter uero iterum sentientium est, si dominus supremo praefecto rem cursoriam aut non plene in feudum conferat aut ius sibi claris uerbis retineat; ut se arbitro cuiusuis generis mancipis postarum & uocentur & promoueantur. Quo casu id iuris *domino* potius dandum est, ut *subuasallos* non toleret, nisi quos ipse fecerit, infcio ac inconsulto uasallo.

Miscellae  
quaestiones  
obiter factae  
ex iure feuda-  
li.

§. XXIV. Plura essent, quae ex iure *feudali* cum hereditaria celerum praefectura conferri ac disputari possent, sed prolixioribus esse, non licet ob rationem instituti. Quaedam tamen uel obiter proderit attingisse. Quod *curuale feudum* e numero sit *INDIVIDVORVM* adeoque in filium *primogenitum* successione debeat deuolui 2. *Feud. ss. §. 1.* uerbis, *praeterea* (2): quod inter *REGALLA* mereatur referri 2. *Feud. ss.* quod tanta eius dignitas, superius (a) descripta, ut omnino *NOBILITARE*, aut non-

(2) Nisi uisum fuerit domino, praefecturae curualis limites per diuersos praefecturae tractus inter plures dispertiri.

(a) §. XII. & XIII. exemplis rationibus prolatis.

non nisi personis nobilibus (b) conferri posse; videatur quod a domino, nisi ob feloniam (c) *REVOCARI* nequeat 1. *Feud. s. 1. Feud. 17. 2. Feud. 24.* quod etiam sine *IRRESDICTIONE* conferri (d): & certa tantum fructuum *PARS* sub eo intelligi possit: quod *CVLPA* hoc casu peregrinantibus praestet dominus, alias uasallus (e): quod idem faciat ius *VENANDI* adiunctum habeat (f): quod non amittatur mutata *VIA* cursus publici (g): quod *ALIENARI* non possit: quod facultas literas proscribendi *Zeitungen zuverbiethen*/ nihil cum eo habeat commune (h), & quae plura sunt generis eiusdem in aliam, occasionem reiicienda.

G

§. XXV.

- (b) Uti de feudis Palatii non Hofrecht' lehen e cap. CXIII. Iuris Feudalis Alemannici docet Schilterus in commentario ad h. l. p. 399.
- (c) Felonia, der Echen Fehler aliter forte hic atque in ceteris feudorum generibus debet definiri. Scilicet, si principis literas resignet uasallus, quamuis etiam nemini eas prodiderit; si cursum publicum negligat, cum grauissimo, quod §. 4. p. 4. aduertimus, damno huius regalis. Et quae eius generis alia sunt, quae in aliis feudis ad feloniam crimen nequeunt referri.
- (d) Exemplum habes in Brunsvicensi ducatu, superius proditum §. 13.
- (e) Solide & ad ciuiliu iurium doctrinas controuersiam inter cursorum praefectos ac peregrinantes aut rerum amistarum dominos tractat Andreas OCKELVS de Regali Postar. iure cap. 8.
- (f) Exemplo Reinhusani da die Wsdbahn mit dem Post-Regal verknüpft Hoernigk cap. XVIII. Theorem. 17. p. 273. Ira das Rheinhaussche Post-Dmit coniunctum habet ius uenandi ex eodem memorat Samuel Cocceus c. v. §. 3. pag. 38.
- (g) Exemplum habes apud MEVIUM Part. I. Decis. 102. quod Examina Emeran AKOLD cap. IV. von Post-Regal & idem auctor, uero nomine modo laudatus, Andreas OCKEL de Regali postarum iure pag. 130.
- (h) Quod praefecto Postarum id tantum officii iniunctum sit, ut literas fideliter curet perferri. Literarum igitur commercia LL. adstringere, & pro reipublicae statu tollere: maioris potestatis est. Vepulsa dissertatio STRICKII Kiloniensis hanc controuersiam tractat de iure Nouellarum.

Syllabus au-  
torum de iu-  
re postarum.

§. XXV. Id restare, uidetur, ut, cum aliquid spatii superesse, uideamus, potiores de iure postarum *AVCTORES* hic quantum licuerit, enumeremus. In prima eorum classe illi reponendi sunt, qui hoc argumentum ex *INSTITUTO* tractarunt. Inter hos autem non occurrit antiquior *LYDOVICO VON HOERNIGK*. Is enim, speciminis loco, ut in utroque iure doctor adpellaretur *disertationem* de *REGALI POSTARVM IVRE* scripsit habuitque *Marpurgi Cattorum 1639*. Haec, ob argumenti nouitatem, eo adplausu excepta est, ut uiri eruditi & *Taxii* maxime, quorum intererat haec scribi, auctoris industriam, suis commentariis passim transmisissis, adiuuarent excitarentque. Inde igitur in iustae magnitudinis librum *Academica* lucubratiuncula excreuit, & cum etiam sic gratiam legentium habuerit, est primum edita *Viennae 1649*. postea iterum iterumque fuit recusa. Reperies in eo a) ingentem & tantum non immanem laudatorum scriptorum multitudinem ac turbam b) uariarum copiam rerum c) neque obiter, sed cum cura tractatum argumentum. Desideres autem in eo a) partium studia, pro Caesare & *Taxiis*, quorum sensus ubique fouet cum injuria ciuium imperii, quibus omnia cursus publici iura in territoriis eorum negat inficiaturque b) commixtionem iuris ciuilibus Romani & publici in imperio Germanico c) in his peregrina, neque *Westphalicis* tabulis, quo tamen tempore scripsit autor, congrua principia.

*GERHARDVS MUEYBUSEH* *Essendia Westphalus* ipse etiam *inaugurali* disputatione hoc argumentum tractauit de *REGALI POSTARVM IVRE* *Argentorati 1667*. usque ad lit. H. Sed, uerum fatear, praeter nouum & in nimietate peccantem ordinem, parum omnino est, quod non praeeoccupauerat iam *Hoernigk*ius. Admiseret qui-



quidem nouas quasdam ex iure *civili & feudali* quaestiones: sed operae pretium fere non est ea consulere. Id ubique patet, auctorem in scripto tyrocinium posuisse.

*IOHANNI SCHILTERO*, iuueni quoque uisum est inaugurali specimine in hac materia uersari. Nam *Christophoro Philippo Richtero praeside* an. 1671. *Ienae* disputauit de *CVRSV PVBLICO Angariis & Parangariis*. Verum in eruendis antiquitatibus iuris Romani & tituli codicis de cursu publico, castigandisque interpretibus praeclaram operam posuit: cetera, quae iuris publici sunt, uix indice digito attingit.

*WILHELMI ROMANI* Liechtensteinensis dissertationis, praeside *Iohanne Volkmare Bechmanno* 1664. *Ienae* de *IVRE POSTARVM* facta citatur. Quae cum nobis ad manus non sit, nolumus alienis oculis uidere. Haecenus in Romano idiomate iura postarum descripta fuerunt. Cum uero primarius in quadam inferioris Saxoniae aula administrator uellet, ut haec materia patrio sermone explicaretur, ingenti commodo praefectorum & mancipum in Germania: hanc prouinciam exornandam sumpsit *Andreas OCKELIUS* Consul ac Scabinus huius ciuitatis edito opusculo: *gründlicher Unterricht von dem aus Landes Fürstlicher Hoheit her springenden Post-Regal den Chur und Fürsten des H. R. R. kürzlich für gestellter und Herrn Ludolff von Hörnigk irrigen Meinung entgegen gesetzt durch EDMUND WEROLD* I. V. L. Halae 1687. Vix enim digerere poterat eruditus auctor somnolentiam Germanorum, inter quos Hornigkianus tam diu impune peccauisset & tantum non alios omnes in eundem induxisset errorem. Igitur discussit argumenta *Horniciana* & principibus nostris postarum iura in suis territoriis, qua poterat solertia, adseruit uindicauitque.

Non forte expectauisset aduersarium rerum gnarus eo tempore, quo in cunctis fere Germaniae angulis ipso usu ac legum publicarum sanctionibus *cursum publicum* in territoriis suis principes *dispositum* habent. Excitarunt tamen studia *Taxiana* CAESAREVM TVRRIANVM, qui personatus auctor hoc uolumine innotuit: Glorwürdiger Adler / das ist gründliche Vorstellung der Kayserl. reservaten / absonderlich aber von dem Jhr. Kayserl. Majest. reservaten postregal im ganzen Römischen Reich und alle dessen Provinzien / dem hiezu gesetzet Hornigk uindicatus & de male praetense a principibus quibusdam peius defenso a Lic. Emerano ab Aekolt prouincialium Postarum iure triumphans 1694. 4t. Sed facile condonanda auctori prolapsio. Nam a) animum a uulgaribus ac passtim confessis erroribus nondum purgauit; sed ueteranorum lyra oberrat b) statum imperii gentis Romanae cum Germanico passtim commiscet c) ius publicum cum priuato confundit d) ubique ostendit ingentem imperitiam in monumentis historiarum.

Quadriennio igitur post ANDREAS OCKELIUS huic antagonistae respondit, libro promulgato: *de regali postarum iure Electorum principumq; imperii, quo inanibus oppositionibus Dni. Caesaris Turriani respondetur. Halae Magdeb. 1698. 4t.* Atq; intra hos limites haecenus quoq; stetit haec disputatio. Connatibus autem *Ockelianis* haec gloria deberur, quod primus animum sumpsit pro libera horum iurium assertione.

SAMVEL COCCEIUS magno parente dignissimus filius *DE REGALI POSTARVM IVRE* disputationem Academicam in *Viadrina* instituit an. 1703. 4t. Gratiissima in opusculo rerum, quaestionum, legum ac interpretum uarietas pretio boni iudicii dignissima. Quamuis omnia breuiter summamque tractata sint.

*Iacobi Ernesti THOMANI* disputatio Academica de **TABELLARIIS von Botten/ Heidelbergae** prodiit 1682. iam superius (§. VIII. p. 14.) citata.

*Iacobus REICHIUS*, *Elog. Professor.* antiquis literarum & iuris Romani inuicem monumentis collatis, de **DIPLOMATIBVS & TRACTORIIS von Post und Kost-Zetteln** disseruit edit. Regiomonti 1678.

*David. MEVIVS Part. I. Decisio, CII.* in hac etiam classe propterea reponendus, quod iura ordinum in disponendo cursu publico primus fere sit contentus.

*Abasueri FRITSCHII* caput XI. Electorum iuris publici admodum memorabile est, cum de **IVRE POSTARVM** ex instituto agat & principum imperii literas exhibeat, quibus illi hoc argumentum contra Caesareos defendunt. Qui hanc materiam obiter attigerint, suo fere loco in ipsa dissertatione nominati sunt. Consulendi **GLOSSATORES** in titulum codicis de *cursu publico*: rerum **FEVDALIVM** interpretes in locis de *regalibus* ac feudis impropriis: **PUBLICORVM** iurium doctores in numero *reservatorum* Caesaris: peculiare etiam **REGALIVM** scriptores pag. 9. citati, quibus addi possunt *Carpzovii & Einsidelius* in libris uno uolumine exhibitis. Qui uero uterque tritas tantum ueteranorum uias, ut alii plerique, sequuntur. Ceterum qui nostrae lucubratiunculae argumentum occupauerit, neminem reperimus. Ut adeo,

si quid minus adpositae dictum fuerit, ab aequo le-

ctore ueniam nobis eo facilius polliceamur.

F I N I S.

## COROLLARIA.

I  
**F**Rustra sunt, qui in controuersis rerum feudalium, patriis *Suonorum* & *Saxonum* legibus neglectis, omne praesidium ponunt in consuetudinibus *Longobardorum*. Quas tamen in subsidium a Germanis receptas esse, largimur.

II. Feudum *curfuale* (*Postleben*) cum penitus ignouerit antiquitas: frustra sunt, qui in uetustis legibus ei classem adsignant. Neque *Gastaldiae*, *Guardiae*, *Soldatae*, *Ampachtiae* feuda eam tuebuntur.

III. Curfualia feuda in successione *foeminas* admittunt: quamuis illis neq; pacto, neq; principis *gratia* prospectum non sit.

IV. Dantur feuda, ubi foemine non succedunt: quae tamen feudi successione in masculos heredes iure transmittunt. Haec feudi species ex incorruptis rerum Germanicarum monumentis erui debet, cum nondum in lucem producta sit.





00 A 6429


ULB Halle 3  
002 928 54X




sb.

VO 17









37

Q. D. B. V.

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS;

DE IVRE  
**POSTARVM**  
HEREDITARIO,

Vom Recht des  
**General-*Erb*-Postamts/**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDER. WILHELMO,**  
REGNI PORVSSIAE PLVRIVMQUE  
EVROPAE PROVINCIARVM HEREDE,  
PRAESIDE

**DN. IOHANNE PETRO *Ludwig*/**  
I. V. D. Potentiff. Poruff. Regis Consiliaria & Historiographo,  
Prof. Publ. & in Duc. Magdeb. Archivario,  
PATRONO AC PRAECEPTORE  
AETATEM COLENDO,

DISSERET IN PVBLICVM  
**IACOBVS CHRISTIANVS *Schönbeck*/**  
Potsdamiensis Marchicus,  
H. L. Q. S.  
D. XIX. MENS. IAN. c1o 18cclv.

HALAE, TYPIS CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, ACAD. TYP.